



100

5





cum homo ipse effici pro hominibus voluit, cuius ex consideratione sponsa cum raperetur in admirationem, & eam animo inclusam continere non posset, veluti exclamans dicit. EGREDIMINI FILIAE SION, ET VIDETE REGEM VESTRVM SALOMONEM, CVM DIADEMATE QVO CORONAVIT ILLVM MATER SVA. Quasi ita profecto dixisset. Quid attinet per singula, providentiæ Dei erga nos magnitudinem dicere, aut illius vniuersa nobis collata beneficia commemorare. Cur aut excubias nocturnas, aut regij custodes cubiculi, aut lecticæ referam artificium egregiũ: quid coniecturis, argumentisve probem, ab eo nos diligere, cum videam, ostendereque cunctis possim Dei filiũ, & vnigenitum filium, & summum etiam ipsum, & patriæqualem Deum, patre ipso volente esse factum nostri causa hominem, & infima conditione hominem. EGREDIMINI, igitur, ET VIDETE REGEM SALOMONEM CVM DIADEMATE QVO CORONAVIT EVM MATER SVA. Ac definite mirari, quod in hominibus, quasi in lecto quiescat quod eorum custodia, atque salutis tot modis prospiciat, quod se in ipsorum, & animis, & corporibus circungestari gaudeat, quod præsidij defendat, quod auro, argento, purpura, ebore, id est, maximarum præstantia virtutum exornet: cum ipse omnium rerum Dominus, Dominus inquam, ipse ne nos amplius morti seruiremus, carnem induere dignatus sit, & in ea seruitutem nostram seruire, & qui olim severus est habitus, iam & sit, & dicatur Solomon, videlicet, verissimæ, & beatissimæ pacis præstantissi-



prilaw

stantissimus author, & qui ante omnia tempora, ex solo patre nascebatur, matrem iam mortalem habet, è cuius vtero, mortali, & ipse cultu ornatus prodeat, eoque ita gaudeat, atque lætetur, vt ostentare in eo se, atque iactare quodammodo videatur, nullam certè illo regiam purpuram augustiorem esse putet, nullum diadema. Itaque sequitur. IN DIADEMATE QVO CORONAVIT ILLVM MATER SVA IN DIE DESPONSATIONIS SVAE. Et certè desponsationis nomine aperte, & citra vllas verborum ambages assumptæ à Deo carnis sacramentum sponsa declarat, quando sicut literæ sacræ loquuntur, cum Deus factus est homo, iniit conjugale cum homine fœdus, nullo tempore dirimendum: cuius fœderis ineundi, & humanæ suscipiendæ carnis tempus, quod verbum sibi ante omne tempus constituit, lætitiæ ipsius propterea dicitur dies, quia si ita loquendum est, Deo omnium lætissimus is dies illuxit, cum humana carne vestitus, & ex homine in lucem ortus, à <sup>hominibus</sup> factus est homo. Etenim quid Deus vnquã fecit, quod aut huic operi simile, aliqua ratione sit, aut conferri cum illo aliquo modo possit: alia certè omnia quæcumque Deus vnquam operatus est, huius rei efficiendæ, & ad exitum perducendæ causa facta à Deo, & comparata fuisse rectè creduntur, præterquã quod in singulis alijs operibus, singulæ lucet virtutes Dei, in hoc ita apparent vniuersæ, vt nulla re, aut magis, aut æquè illustrètur. Quod si verè regius Psaltes scripsit, Lætabitur Dominus in omnibus operibus suis. quo

Psal. 103.

Munda g. a. f. d.

b. 15800660



*Del Colegio de Salamanca*

# AD ILLVSTRIS

## simum Principem

D. D. Luyfium Henriquez Cabrera, ma  
ximum Castellæ Halmyrantum, Me  
thymnæ ducem, comitem Modi  
cæ, Melgaris, Ossorie, ac Collis:  
vicecomitem Cabrera  
atq; Vas, &c.

Francisci Sanctij Brocensis carmen.

Cum fera sanguineo feruerent prælia Marte,  
Que tulit in Troas pulchra Lacena uiros:  
Inter bellantes turmasq; ducesq; Pelasgos  
Ajax bellator gloria prima fuit.  
Hic satus ex Telamone humero pendentia lato  
Gestabat septem terga superba boum.  
At Teucer frater positu breuis, utilis arcu  
Sub clypeo latitans uulnera seua dabat.  
Riserunt Graij; solus laudauit Atrides,  
Maeste animo, ingeminans, pergito, sicq; feri.  
Sic mea cymba tuæ tutela, maxime Princeps,  
Subdita, qui ponti cerula regna tenes,  
Non solum securâ potest sub præside tanto  
Esse, sed inuidiæ uulnera seua dare.



*Cic. y. Met. Elegit esse  
rectissimis ordinibus  
lumina.*

A ij Inchyis.

Sunt qui putent vitiosum esse, semel susceptam metaphoram non perducere  
ad extremum, sed ad vna ad aliam transire. Sed falluntur. Nam Virgilius  
dixit de arboribus quibusdam, et Ferrum armare veneno. Catullus  
de arbore dixit. Loquente sepe sibilum edidit coma. Comam dixit pro  
frondibus, et comam loquentem, et sibilum a serpentibus sumpsit.  
Idem. Et tunc gravis acquiescat ardor. Ardorem posuit pro dolore,  
et gravis non est epitheton ignis. Idem. Neq; ullius natantis impotum  
travis Nequisse præterire, Sine palmis Opus ferat volare, sine hinc  
travis a natantibus est, ire terrena, et hinc a natantibus.

SVAR Accedente mirari, quod in hominibus, quasi in



*Del Colegio de Salamanca*

# AD ILLVSTRIS simum Principem

D. D. Luyfium Henriquez Cabrera, ma  
ximum Castellæ Halmyrantum, Me  
thymnæ ducem, comitem Modi  
cæ, Melgaris, Ossoriz, ac Collis:  
vicecomitem Cabrera  
atq; Vas, &c.  
Francisci Sanctij Brocensis carmen.



Cum fera sanguineo feruerent prælia Marte,  
Que tulit in Troas pulchra Lacana uiros:  
Inter bellantes turmasq; ducesq; Pelasgos  
Ajax bellator gloria prima fuit.  
Hic satus ex Telamone humero pendentia lato  
Gestabat septem terga superba boum.  
At Teucer frater positu breuis, utilis arcu  
Sub clypeo latitans uulnera seua dabat.  
Riserunt Graij: solus laudauit Atrides,  
Maeste animo, ingeminans, pergito, sicq; feri:  
Sic mea cymba tuae tutela, maxime Princeps,  
Subdita, qui ponti cærule regna tenes,  
Non solum securâ potest sub præside tanto  
Esse, sed inuidiæ uulnera seua dare.

*Cic. y. Mil. Elegit esse  
reuerentissimis orationibus  
lumina.*

## A ij Inclutis

Sunt qui putent vitiosum esse, semel susceptam metaphoram non reducere  
ad extremum, sed ab una ad aliam transire. Sed falluntur. Nam Virgilius  
dixit de arboribus quod arborum. et Ferrum armare veneno. Catullus  
de arbore dixit. Loquente sæpe sibilum edidit coma. Comam dixit pro  
frondibus, et comam loquentem. et sibilum a serpentibus sumpsit.  
Idem. ut tunc gravis acquiescat ardor. Ardorem posuit pro dolore.  
et gravis non est epitheton ignis. Idem. Neq; ullius natantis impotum  
fravis Nequisse præterire, Sine palmulis Opus ferat volare, sine hinc  
fravis non est. ire terrefacta, et ab hinc.

INCLYTI DOCTORIS GONSALI  
Carthagenæ, ad Franciscum Sanctium  
epigramma.

Purgauit stabulum Augiæ, Nemeesq; leonem  
Occidit lacerans Amphitryoniades.  
Depulit emulsa Stymphalia monstra palude,  
Imperio parens improbioris heri.  
Viribus & cauta supplantans arte draconem  
Lernaum domuit, tergeminumq; canem.  
Vastos Geryonis, seuosq; tricorporis artus  
Prostrauit, caeso mala dracone tulit.  
Sancta Gyganteo tellus oppressa furore  
Herculeq; tandem libera facta manu est.  
Ecquid tot terra donitis ac æquori monstribus  
Promeruit? Calum, sidereumq; decus.  
Cur te non cali Sancti dignemur honore:  
Cum sis ingeniis alter alexicacos?

HIERONYMI CAMPANI VALEN-  
tini ad teneram iuuentutem carmen.

Hactenus errabat late per deuia saxa  
Ambigua, heu, nimium prouida Grammaticæ.  
Certum non callem, uestigia nulla uidebat  
Certa, quibus constans ingrederetur iter.  
Dux aderat nullus sinuosum intrare uolenti  
Antrum, qui dubiæ cognita fila daret.



31

Dux aderat nullus, digitum qui tenderet aptè  
Ad uiuos fontes, corrigeret uè gradum.  
Quàm multi miserè miseri præcepta secuti  
Decepti iuuenes non sapuere senes.  
Cumq; docebatur quis, tum fiebat ineptus,  
Et miser, ut posset discere, ineptus erat.  
Namq; semel captum retinebit testa liquorem,  
Et quas infundes post uiolabit aquas.  
Si discat latium iuuenis, tunc esse latinum,  
Barbara si discat, barbarus, inquis, erit.  
Ex sermone puer teneris quem percipit annis,  
Si bonus, inde bonus, si malus, inde malus.  
Hoc igitur sæclo parua tibi nata iuuentus  
Gratulor, hoc magnis gratulor ingeniis.  
O felix puram nostro qui tempore linguam  
Nosse cupis properans ad Ciceronis opes.  
Nam sua sermoni Romano reddita lux est,  
Iam resonat Latios ampla theatra sonos.  
Doctus iter melius certum iam comprime callem,  
In quo non salebræ, nulla ruina nocet.  
Quæ prius innumeros latuit, iam publica facta est  
Orbita doctrinæ, certior atq; uia.  
Ut tricæ abigas, Apinæ, aliosq; cauillos,  
Insidias, technas hoc dabit artis opus.  
Auctor, iam queris, quis sit. Venerandus honore  
Sanctius, & quo nil sanctius inuenies.

A ij/

Lectori.

# Lectori. S.



Pythagorei discipuli tantum præceptor  
suo tribuebant, ut in re aliqua  
probanda, satis superq; duxissent, si  
id Pythagoras asseuerasset aliquan-  
do. Quem morem his uerbis impro-  
bat Cicero. Non tam, inquit, auctori-  
tas in disputando, quàm rationis mo-  
menta querenda sunt. Quin etiam obest plerunq; iis, qui  
discere uolunt, auctoritas eorum, qui se docere proficiuntur.  
Desunt enim suum iudicium adhibere: id habent ratum,  
quod ab eo, quem probant, iudicatum uident. Nec uerò pro-  
bare soleo id, quod de Pythagoricis accepimus: quos se-  
runt, si quid affirmarent in disputando, cum ex iis quere-  
retur, quare ita esset, respondere solitos. Ipse dixit. Ipse au-  
tem erat Pythagoras. Tantum opinio præiudicata pote-  
rat, ut etiam sine ratione ualeret auctoritas. Hactenus Ci-  
ceronis ex primo de natura deorum sunt uerba. *Quæ* tibi  
propterea, lector amice, proposui, ut conatus meos, prius  
quam reprehendas, examines: qui tibi fortasse uideor re-  
flagitio dignam incepisse, quod à ueterum uestigiis gram-  
maticorum longè discedam. Imò uerò tecum reputa, Ni-  
hil simul inuentum est perfectum. Multum debet Hispania  
Antonio Nebrisenfi, ille morientes literas apud nos suscita-  
uit, ille barbaricam feliciter ex nostris terminis expellere te-  
tauit. Sed ille idem

4  
Si foret hoc nostrum fato dilatus in æuum. I. I. I. I. I.  
Detereret sibi multa: recideret omne quod ultra  
Perfectum traheretur. CA

Nos uerò ipsius & aliorum adiuti laboribus, plura idq;  
facilius, cōsequi possumus. Quæ omnia, cum profutura cre-  
dam, si posteros celarem, inhumanè me facturum existi-  
massem, Quòd si tu, dum antiquorum labores emēdo, eos  
uiros à me reprehendi dicas: uide ne id potiùs errore tuo  
cōtingat, qui præclaris meis conatibus odiosa imponas no-  
mina. Nam sic, qui soluentibus è portu pericula uel prædi-  
cit uel ostendit, dicatur nauem in naufragium impellere.  
Et qui uinum facibus pargat, dicatur corrumpere. Adhi-  
be igitur te iudicem æquum, non iniquum, non carpendi cu-  
pidum, sed perētata prius causa uel seuerum. Et si tibi tot  
mutationes uidebuntur absurde, id ex aurium consuetudi-  
ne prouenire memineris, quæ uiclentè mutatur, & inusita-  
ta atq; noua non tam solet admirari, quàm sæpè respuere.  
Quod illis potissimùm solet euenire, qui uetera omnia, ue-  
luti uinum, credunt præstantiora.

Vel quia nihil rectum, nisi quod placuit sibi, ducunt:  
Vel quia turpe putant parere minoribus: & quæ  
Imberbes dedicere, senes perdenda fateri.

Sed mihi pluris erit paucis: id est, doctis non difficuissè, quã  
totum gregem multorum propitium habere. Quod neque  
interest hominis, nec quomodo id fieri possit, facile que is  
inuenire. Vale.

•A iij Chri-

Budens in pand. prior.  
Sed sic est ingenii eorum in  
quibus in erroribus parentum  
consensere contigit, ut ne  
si solum quidem in manibus  
gestas (ut Firmianus inquit)  
fidem doctrinae rectioni con-  
dent.

Cic. Sunt ita quidam p  
ingenio ut inuentis fr  
glande uelociter.



CHRISTOPHORVS DIAZ DE  
Herrera Decretorum licenciatus.

AD  
Auctorem.



Erum illud uerbū est, humanissime designate,  
uulgò quod dici solet, ueritas odium parit. Tan-  
tus Grammaticis terror incussus est, dum tuas  
latini hominis institutiones in lucem produisse  
cōperiunt, ut cum nil in eis sit nisi ab ipsa antiquitate pro-  
fectum, neq; quicq; reprehendi citra flagitium queat, solum  
nouitatis nomine uelut œstro perciti incusent. Qui cum te  
accussent, Terentium, Ciceronem, Liuium, Casarem & pu-  
rioris sermonis auctores, qui ante nos floruerunt, accu-  
sant. En igitur, ad dō ueritas odium conciliat, ut qui de-  
bussent ueri sermonis custodes esse, teste Seneca, iam illius  
sini propter ueritatem ofores, ut eos cum ipsa ueritate cer-  
tare non pudeat, taniū abest ut eam amplexari uelint, qua-  
si aliud sit antiqua, aliudq; noua ueritas, hæc q; ab illa dis-  
sentire possit. Macte uirtute perge, & quæ ingenij  
tui candore illustrare bonis auib; cœpisti,  
melioribus perfice, nec te terror iste ua-  
nus ab incepto deterreat: nā ueritas  
tandē tandē obtinet. Vale, meq;  
ut soles, ama tibi deuin-  
tissimum.

¶ Exēplum



# DE NOMINVM DECLINATIONE.

¶ Exemplum primæ  
declinationis.

¶ Nominatiuo hæc musa.

Genitiuo musæ.

Datiuo musæ.

Accusatiuo musam.

Vocatiuo ô musa.

Ablatiuo à musa.

Plurali. Nominatiuo musæ.

Genitiuo musarum.

Datiuo musis.

Accusatiuo musas.

Vocatiuo ô musæ

Ablatiuo à musis.

¶ Secunda declinatio.

¶ Nominatiuo hic dominus.

Genitiuo domini.

Datiuo domino.

Accusatiuo dominum.

Vocatiuo ô domine.

Ablatiuo à domino.

Plu. Nominatiuo domini.

Genitiuo dominorum.

Datiuo dominis

Accusatiuo dominos.

Vocatiuo ô domini.

Ablatiuo à dominis.

¶ Nominatiuo hoc tēplum.

Genitiuo templi.

Datiuo templo.

Accusatiuo templum.

Vocatiuo ô templum.

Ablatiuo à templo.

Plu. Nominatiuo templa.

Genitiuo templorum

Datiuo templis.

Accusatiuo templa.

Vocatiuo ô templa.

Ablatiuo à templis.

¶ Tertia declinatio.

¶ Nominatiuo hic sermo.

Genitiuo sermonis

Datiuo sermoni.

Accusatiuo sermonem.

Vocatiuo ô sermo.

Ablatiuo à sermone.

Plu. Nominatiuo sermones

Genitiuo sermonum.

Datiuo sermonibus.

Accusatiuo sermones.

Vocatiuo ô sermones.

Ablatiuo à sermonibus.

¶ Nominatiuo hoc tempus.

Genitiuo temporis.

Datiuo tempori.

Accto

# DE NOMINVM

Accusatiuo tempus.

Vocatiuo ô tempus.

Ablatiuo à tempore.

**Plu.** Nominatiuo tempora.

Genitiuo temporum.

Datiuo temporibus.

Accusatiuo tempora.

Vocatiuo ô tempora.

Ablatiuo à temporibus.

¶ Quarta declinatio.

¶ Ntō hic sensus. & sensu

Genitiuo sensus.

Datiuo sensui.

Accusatiuo sensum.

Vocatiuo ô sensus.

Ablatiuo à sensu.

**Plu.** Nominatiuo sensus.

Genitiuo sensuum.

Datiuo sensibus.

Accusatiuo sensus.

Vocatiuo ô sensus.

Ablatiuo à sensibus.

¶ Nominatiuo hoc ueru.

Genitiuo ueru.

Datiuo ueru.

Accusatiuo ueru.

Vocatiuo ô ueru.

Ablatiuo à ueru.

**Plu.** Nominatiuo uerus.

Genitiuo ueruum.

Datiuo ueribus.

Accusatiuo uerua.

Vocatiuo ô uerua.

Ablatiuo à ueribus.

¶ Quinta declinatio.

¶ Nominatiuo hic dies.

Genitiuo diei.

Datiuo diei.

Accusatiuo diem.

Vocatiuo ô dies.

Ablatiuo à die.

**Plu.** Nominatiuo dies.

Genitiuo dierum.

Datiuo diebus.

Accusatiuo dies.

Vocatiuo ô dies.

Ablatiuo à diebus.

¶ Adiectiua primæ & secundæ declinationis.

¶ Ntō bonus, bona, bonum.

Genitiuo boni, bonæ, boni.

Diō bono, bonæ, bono.

Actō bonum, bonā, bonum.

Vctō ô bone, bona, bonū.

Ablō à bono, bona, bono.

**Plu.**

## DECLINATIONE.

Plu. Ntō boni, bonae, bona.  
 Gtō honorū, bonarū. orū.  
 Datiuo bonis.  
 Actō bonos, bonas, bona.  
 Vctō ō boni, bonae, bona.  
 Ablō à bonis.

¶ Adiectiua tertiæ  
 declinationis.

¶ Ntō hic, hæc, hoc prudēs.  
 Genitiuo prudentis.  
 Datiuo prudenti.  
 Actō prudētē & prudēs.  
 Vctō ō prudens.  
 Ablō à prudētē. l. prudēti.

Plu. Ntō prudētes et prudētia  
 Gtō prudētū uel prudētīū.  
 Datiuo prudentibus.  
 Actō prudētes et prudētia.  
 Vctō ō prudētes & prudē  
 Ablō à prudētibus. (tia.)

¶ Ntō hic & hæc breuis &  
 Gtō breuis. (hoc breue.  
 Datiuo breui.  
 Actō breuem & breue.  
 Vctō ō breuis & breue.  
 Ablatiuo à breui.

Plu. Ntō breues & breuia  
 Genitiuo breuium.

Datiuo breuibus.  
 Actō breues & breuia.  
 Vctō ō breues et breuia.  
 Ablatiuo à breuibus.

¶ Ntō hic acer, hic et hæc  
 acris, et hoc acre.

Gtō acris. Datiuo acri.  
 Actō acrem & acre.  
 Vctō ō acer, acris et acre.

Ablatiuo ab acri. ; SSA

Plu. Ntō acres & acria.  
 Genitiuo acrium.  
 Datiuo acribus.  
 Actō acres & acria.  
 Vctō ō acres & acria.  
 Ablatiuo ab acribus.

¶ Sic alacer, volucer, saluber  
 celer, celebrer, equester, pede  
 ster, syluester, paluster, cape  
 ster. sequester. october. et f.

¶ Declina. cōparatiuorū.

¶ Ntō hic et hæc breuior, et  
 Gtō breuioris. (hoc breuius  
 Datiuo breuiori.  
 Actō breuiorē & breuius.  
 Vctō ō breuior et breuius.  
 Ablō à breuiore. l. breuiori

Plu. Ntō breuiores & bre-  
 Gtō breuiorum. (uiora.

Datiuis

Redū  
 datia.

Terēt. Eunuc.  
 quid tu est tristis,  
 quid sue es alacris.  
 Virg. 5. Ergo  
 alacris cunctosq;  
 putans. e. p.  
 Idē. 6. Alacris  
 palmas utraq;  
 tetendit.  
 Ennius, teste Prisc.  
 acris somnus di  
 xit. Tibull. 2.  
 Deus celebris.  
 Cic. Locus cele  
 bris an desertus.

Idam. 1. diuinitat.  
 Annus salubris  
 & pestilens an  
 maria. &

A/ conig. 2  
 Verr. vide  
 in lexico  
 equester &  
 sequester.

## DE NOMINVM

- Datiuo breuioribus.**  
**Actō breuiores & .ora.**  
**Vtō ō breuiores & .ora.**  
**Ablatiuo à breuioribus.**  
**¶ Nomina irregularia.**  
**¶ Nominatiuo ego.**  
     Genitiuo mei.  
**Datiuo mihi uel mi.**  
     Accusatiuo me.  
     Ablatiuo à me.  
**Plu. Nominatiuo nos.**  
     Gtō nostrum uel nostri.  
     Datiuo nobis.  
     Accusatiuo nos.  
     Ablatiuo à nobis  
**¶ Nominatiuo tu.**  
     Genitiuo tui.  
     Datiuo tibi.  
     Accusatiuo te.  
     Vocatiuo ō tu.  
     Ablatiuo à te.  
**Plu. Nominatiuo uos.**  
     Gtō uestrum uel uestri.  
     Datiuo uobis.  
     Accusatiuo uos.  
     Vocatiuo ō uos.  
     Ablatiuo à uobis.  
**¶ Genitiuo sui.**
- Datiuo sibi.**  
**Accusatiuo se.**  
**Ablatiuo à se.**  
**Plu. Genitiuo sui.**  
**Datiuo sibi.**  
**Accusatiuo se.**  
**Ablatiuo à se.**  
**¶ Nominatiuo hæc domus.**  
     Genitiuo domi uel domus.  
     Datiuo domui. *Horat. Bonedæqz*  
     Accusatiuo domum. *domo querend*  
     Vocatiuo ō domus. *da est areæ*  
     Ablatiuo à domo. *vel domu. autor*  
**Plu. Nominatiuo domus.** *2. co. §. 2. in*  
     Gtō domorum uel domuū.  
     Datiuo domibus.  
     Actō domos uel domus.  
     Vocatiuo ō domus.  
     Ablatiuo à domibus.  
**¶ Irregularia primæ & secundæ declinationis.**  
**Plu. Ntō duo, duæ, duo.** *Dua littora*  
     Gtō duorum, duarum. *orū. Propar. 2.*  
     Dtō duobus, duabus, duobus *Dua pondo*  
     Actō duos. l. duo, duas, duo. *Gellius.*  
     Vtō ō duo, duæ, duo.  
     Abō à duobus, duabus. obus.  
**¶ Sic ambo, ambæ, ambo.**  
Ntō



PRIMA CONIUGATIO.

**A** Mo, amas, amavi, amare, amandi, amando, amatum,  
amās, amaturus, Amor, amaris, amatus, amandus.

ACTIVA VOCE.

¶ *Præsens primum.* Primer tiempo presente

Amo. Yo amo.

Amas. Tu amas.

Amat. Aquel ama.

Plu. Amamus. Nos amamos.

Amatis. Vosotros amais.

Amant. Aquellos aman.

¶ *Præsens secundum.* Segundo tiempo presente.

Amem. Yo ame.

Ames. Tu ames.

Amet. Aquel ame.

Plu. Amemus. Nos amemos.

Ametis. Vosotros améis.

Ament. Aquellos amen.

¶ *Primum imperfectum.* Primer tiempo imperfecto.

Amabam. Yo amava.

Amabas. Tu amavas.

Amabat. Aquel amava.

Plu. Amabamus. Nos amavamos.

Amabatis. Vosotros amavades.

Amabant. Aquellos amavan.

¶ *Secundum imperfectum.* Segundo tiempo imperfecto.

Amarem. Yo amava, amaria, y amasse.

Amares. Tu amaras, amarias, y amasses.

Amaret. Aquel amara, amaria, y amasse.

Plu. Amaremus. Nos amaríamos, amariamos y amass

B Amaretis.

## DE CONIVGATIONIBVS.

- Amaretis.* Vosotros amarades, amariades y amassedes.  
*Amarent.* Aquellos amaran, amarian y amassen.
- ¶ *Primum præteritum perfectũ.* Primer tiẽpo cũplido.  
*Amavi.* Yo ame, he y oue amado.  
*Amauisti.* Tu amaste, has y ouiste amado.  
*Amavit.* Aquel amo, ha y ouo amado.
- Plu. Amauimus.* Nos amemos, auemos y ouimos amado.  
*Amauistis.* Vosotros amastes, auéis y ouistes amado.  
*Amauerunt.* Luere. Aq̃llos amaron, han y ouierõ amado.
- ¶ *Secundũ præteritum perf.* Segundo tiempo cũplido.  
*Amauerim.* Yo aya amado.  
*Amaueris.* Tu ayas amado.  
*Amauerit.* Aquel aya amado.
- Plu. Amauerimus.* Nos ayamos amado.  
*Amaueritis.* Vosotros ayais amado.  
*Amauerint.* Aquellos ayas amado.
- ¶ *Plusquã perf. primum.* Primer tiẽpo mas que cũplido.  
*Amaueram.* Yo auia amado.  
*Amaueras.* Tu auias amado.  
*Amauerat.* Aquel auia amado.
- Plu. Amaueramus.* Nos auiamos amado.  
*Amaueratis.* Vosotros auiaades amado.  
*Amauerant.* Aquellos auian amado.
- ¶ *Plusquã perf. secundũ.* Segundo tiẽpo mas que cũplido.  
*Amauissem.* Yo ouiera y ouiesse amado.  
*Amauisses.* Tu ouieras y ouiesse amado.  
*Amauisset.* Aquel ouiera y ouiesse amado.
- Plu. Amauissemus.* Nos ouieramos y ouiessemos amado.  
*Amauissetis.* Vosotros ouierades y ouissedes amado.

DE CONIVCATIONIBVS.

Amauissent. Aquellos ouieran y ouiesseu amado.

¶ Futurum primum. Futuro para prometer.

Amabo. Yo amare.

Amabis. Tu amaras.

Amabit. Aquel amara.

Plu. Amabimus. Nos amaremos.

Amabitis. Vosotros amareis.

Amabunt. Aquellos amaran.

¶ Futurum secundum. Segundo tiempo uenidero.

Amauero. Yo amare, ouiere y aure amado.

Amaueris. Tu amares, ouieres y auras amado.

Amauerit. Aquel amare, ouiere y aura amado.

Plu. Amauerimus. Nos amaremos, ouieremos y auremos amado.

Amaueritis. Vosotros amaredes, ouieredes y aureis am.

Amauerint. Aquellos amaren, ouieren y aurã amado.

¶ Futurum tertium. Futuro para mandar.

Ama, amato. Ama tu.

Amato. Ame aquel.

Plu. Amate, amatote. Amad uosotros.

Amanto. Amen aquellos.

¶ Infinitum uerbum. El uerbo indeterminado.

Amare. Amar.

Amauisse. Auer amado.

¶ Gerundia. Los uerbos gerundios.

Amandi. De amar.

Amando. En amar.

¶ Supinum uerbum. El uerbo supino.

Amatum. A amar.

*P. consentius Romanus.  
Quamquam pleriq; futuri  
tantum temporis uelint  
imperatiuum.*

## DE CONIVGATIONIBVS.

¶ Participia. Los participios.

*Amans,* El que ama o amando.

*Amaturus,* El que ha o esta para amar.

### PASSIVA VOCE.

¶ *Præsens primū. Amor.* Yo soy amado.

*Amaris uel amâre.* Tu eres amado.

*Amatur.* Aquel es amado.

Plu. *Amamur.* Nos somos amados.

*Amamini.* Vosotros soys amados.

*Amantur.* Aquellos son amados.

¶ *Præsens secundum. Amer.* Yo sea amado.

*Amêris uel amêre.* Tu seas amado.

*Ametur.* Aquel sea amado.

Plu. *Amemur.* Nos seamos amados.

*Amemini.* Vosotros seais amados.

*Amentur.* Aquellos sean amados.

¶ *Imperfectum. i. Amabar.* Yo era amado.

*Amabaris. i. amabâre.* Tu eras amado.

*Amabatur.* Aquel era amado.

Plu. *Amabamur.* Nos eramos amados.

*Amabamini.* Vosotros erades amados.

*Amabantur.* Aquellos eran amados.

¶ *Imperfectum. 2. Amarer.* Yo fuera, seria y fuese amado.

*Amarêris. i. amarere.* Tu fueras, serias y fueses amado.

*Amaretur.* Aquel fuera, seria y fuese amado.

Plu. *Amaremur.* Nos fuéramos, seríamos y fuésemos

amados.

*Amaremini.* Vosotros fuerades, seriadés y fuéssedes ama-

*Amarêtur.* Aquellos fuerán, serían y fuéssen amados.

¶ Futur

## DE CONIVGATIONIBVS.

- ¶ **Futurum. 1. Amabor.** Yo seré amado.  
**Amaberis uel amabère.** Tu seras amado.  
**Amabitur.** Aquel será amado.  
**Plu. Amabimur.** Nos seremos amados.  
**Amabimini.** Vosotros seréis amados.  
**Amabuntur.** Aquellos serán amados.  
 ¶ **Futurum. 2. Amare, amator.** Se tu amado.  
**Amator.** Sea aquel amado.  
**Plu. Amamini, Amaminor.** Sed uos amados.  
**Amantor.** Sean aquellos amados.  
 ¶ **Infinitum uerbum.** El uerbo indeterminado.  
**Amari.** Ser amado.  
 ¶ **Participia.** Los participios.

**Amatus, amata, amatum.** Cosa amada.  
**Amādus, amāda, amandū.** Cosa q̄ ha, o deue ser amada.

## SECVDA CONIVGATIO.

**D**oceo, doces, docui, docere, docēdi, docēdo, docēū, docēs  
 docturus. Doceor, docēris uel docēre, doctus, docēdus.

## ACTIVA VOCE.

*Moneo. l. habeo.*

- ¶ **Præsens primum.** Doceo. Yo enseñe.  
 doces, docet. Docemus, docetis, docent.  
 ¶ **Præsens secundum.** Doceam. Yo enseñe.  
 doceas, doceat. Doceamus, doceatis, doceant.  
 ¶ **Imperfectum primum.** Docebam. Yo enseñaua.  
 docebas, docebat. Docebamus, docebatis, docebant.  
 ¶ **Imperf. 2.** Docerē. Yo enseñara, enseñaria, y enseñasse.  
 doceres, doceret. Doceremus, doceretis, docerent.  
 ¶ **Primū præf. perf.** Docui. Yo enseñe, he y oue enseñado.  
 docuisti, docuit. Docuimus, docuistis, docuerūt. l. docuēre.

## DE CONIVGATIONIBVS.

- ¶ *Secundum pr. et. perf.* Docuerim. Yo aya enseñado, docueris, docuerit. Docuerimus, docueritis, docuerint.
- ¶ *Plusquã perf. primum.* Docueram. Yo auia enseñado. docueras, docuerat. Docueramus, docueratis, docuerat.
- ¶ *Plusquã perf. 2.* Docuissẽ. Yo ouiera y ouiesse enseñado. docuisses, docuisset. Docuissimus, docuissetis, docuissent.
- ¶ *Fut. primum.* Docebo. Yo enseñare. docebis, docebit. Docebimus, docebitis, docebunt.
- ¶ *Fut. 2.* Docuero. Yo enseñare, ouiere y aure enseñado. docueris, docuerit. Docuerimus, docueritis, docuerint.
- ¶ *Fut. tertiu.* Doce, doceto. Enseña tu. Doceto. Enseñe aq̃l. docete. tote. Enseñad uosotros. Doceto. Enseñen aq̃llos.

¶ *Infinitum verbum,*

Docere. Enseñar.

Docuisse. Auer enseñado.

Gerundia. Docendi. De enseñar. Docedo. En enseñar.

Supinum. Doctum. A enseñar.

Participia. Docens. El que enseña, o enseñando.

Docturus. El que ha, o esta enseñado.

## PASSIVA VOCE.

¶ *Pr. sens primum.* Doceor. Yo soy enseñado. doceris. l. docere, docetur. Docemur, docemini, docentur.

¶ *Pr. sens secundum.* Docear. Yo sea enseñado. docearis. l. doceare, ceatur. Doceamur, amini, antur.

¶ *Imperfectum primum.* Docebar. Yo era enseñado. docebaris. l. bare, batur. Docebamur, bamini, bantur.

¶ *Imperf. 2.* Docerer. Yo fuera, seria y fuesse enseñado. docereris, l. rere, ratur. Doceremur, remini, docerentur.

¶ *Fut.*

DE CONIVGATIONIBVS.

¶ Fut. primum. Docebor. Yo serẽ enseñado.  
doceberis. l. cebere. cebitur. Docebinur. bimini. buntur.

¶ Futu. 3. Docere, docetor. Se tu enseñado. Docetor. Sea  
aqueel enseñado.  
docemini. nor. Sed uosot. ense. Docetor. Seã aq̃llos ense.

¶ Infinitum verbum.

Doceri. Ser enseñado.

Particip. Doctus, docta, doctum. Cosa enseñada.

Docendus. cenda. dum. Cosa que ha, o deue ser enseñada.

TERTIA CONIVGATIO.

**L**Ego, legis, legi, legere, legendi, legendo, lectum, legēs,  
lecturus, Legor, legeris, lectus, & legendus.

ACTIVA VOCE.

¶ Præsens primum. Lego. Yo leo.  
legis, legit. Legimus, legitis, legunt.

¶ Præsens secundum. Legam. Yolea.  
legas, legat. Legamus, legatis, legant.

¶ Imperfectum primum. Legebam. Yo leya.  
legebas, legebat. Legebamus, legebatis, legebant.

¶ Imperf. secūdu. Legerem. Yo leyerã, lceria, y leyeffe.  
legeres, legeret. Legeremus, legeretis, legerent.

¶ Perfectũ primũ. Legi. Yo ley, he, y oue leydo.  
legisti, legit. Legimus, legistis, legerūt uel legere.

¶ Perf. secundum. Legerim. Yo aya leydo.  
legeris, legerit. Legerimus, legeritis, legerint.

¶ Plusquã perf. primũ. Legeram. Yo auia leydo.  
legeras, legerat. Legeramus, legeratis, legerant.

¶ Plusquã perf. 2. Legissem. Yo ouiera y ouieffe leydo.  
legisses, legisset. Legissemus, legissetis, legissent.

## DE CONIVGATIONIBVS.

- ¶ **Futurum primum.** Legam. Yo leere.  
 leges leget. Legemus, legetis, legent.
- ¶ **Fut. 2.** legero. Yo leyere, ouiere y aue leydo.  
 legeris, legerit. Legerimus, legeritis, legerint.
- ¶ **Fut. 3.** lege, legito. Lee tu. Legito. Lea aquel.  
 legite, legitote. Leed uosotros. Legunto. Leã aquellos.
- ¶ **Infinitum verbum.**

- Legere.** leer. **Legisse.** auer leydo.
- Serüdia.** Legendi. de leer. **Legendo.** en leer.
- Supinü.** Lectum. a leer.
- Participiü.** Legens. el que lee, ò leyendo.
- Lecturus, lectura, lecturum.** El que ha o esta para leer.

### PASSIVA VOCE.

- ¶ **praesens primum.** Legor. Yo soy leydo.  
 legeris. l. legere, legitur. Legimur, legimini, leguntur.
- ¶ **Praesens secundum.** Legar. Yo sea leydo.  
 legaris. l. legare, legatur. Legamur, legamini, legãtur.
- ¶ **Imperfectum primum.** Legebar. Yo era leydo.  
 legebaris. l. bare, batur. Legebamur, bamini, bantur.
- ¶ **Imperf. 2.** Legerer. Yo fuera, seria, y fuesse leydo.  
 legereris. l. rere, retur. Legeremur, remini, legerẽtur.
- ¶ **Futurum primum.** Legar. Yo sere leydo.  
 legeris. l. legere, legetur. Legemur, legemini, legentur.
- ¶ **Fut. 2.** legere, legitor. Se tu leydo. Legitor. Sea aq̃l leydo.  
 legimini, legiminator. Sed uosotros leydos. Legũtor. Sea aq̃ll.
- ¶ **Infinitum verbum.**

- Legi.** Ser leydo.
- Participia.** Lectus, lecta, lectum. Cosa leyda.
- Legẽdus, legẽda, legẽdũ.** Cosa que ha, o deue ser leyda.
- Audio,**



13  
 QVARTA CONIVGATIO.

**A**vdio, audis, audiui, audire, audiendi, audiēdo, auditū,  
 audiēs, auditorus. Audior, audiris, auditus, audiēdus.

ACTIVA VOCE.

¶ Præsens primum. Audio. Yo oyo.  
 audis, audit. Audimus, auditis, audiunt.

¶ Præsens secundum. Audiam. Yo oya.  
 audias, audiat. Audiamus, audiatis, audiant.

¶ Imperfectum primum. Audiebam. Yo oya.  
 audiebas, audiebat. Audiebamus, audiebatis, audiebant.

¶ Imperfectū. 2. Audirem. Yo oyerá, oyria y oyesse.  
 audires, audiret. Audiremus, audiretis, audirent.

¶ Perfectū primum. Audiui. Yo oy, he, y oue oydo.  
 audiuiſti, audiuit. Audiuiſimus. iſtis, audiuerūt. 1. audiuēre.

¶ Perfectum secundū. Audiuerim. Yo oya oydo.  
 audiueris, audiuerit. Audiuerimus. tis, audiuerint.

¶ Plusquā perf. primū. Audiueram. Yo oya oydo.  
 audiueras, audiuerat. Audiueramus. ratis, audiuerant.

¶ Plusquā perf. 2. Audiuiſſem. Yo ouiera, y ouieſſe oydo.  
 audiuiſſes, audiuiſſet. Audiuiſſemus. uiſſetis, audiuiſſent.

¶ Futurum primum. Audiam. Yo oyre.  
 audies, audiet. Audiemus, audietis, audient.

¶ Futurū. 2. Audiuerō. Yo oyere, ouiere, y aure oydo.  
 audiueris, audiuerit. Audiuerimus. ueritis, audiuerint.

¶ Fut. 3. Audi, audito. Oye tu. Audito. Oya aquel.  
 audite, auditote. Oyd uoſotros. Audiūtō. Oya aquellos.

¶ Infinitum verbum.

Audire. Oyr. Audiuiſſe. Auer oydo.

Gerūdia. Audiēdi. De oyr. Audiendo. En oyr.

Supinū.

DE CONIVGATIONIBVS.

Supinum. Auditum. A oyr.  
 Participia. Audiens. El que oye, o oyendo.  
 Auditorus. ra. auditorum. El que ha, o esta para oyr.

PASSIVA VOCE.

¶ Praesens primum. Audior. Yo soy oydo.  
 audiris uel audire, auditur. Audimur, audimini, diütur.  
 ¶ Praesens secundum. Audiar. Yo sea oydo.  
 audiaris. l. are, audiatur. Audiamur, amini, audiantur.  
 ¶ Imperfectum primum. Audiebar. Yo era oydo.  
 audiebaris. l. bare, batur. Audiebamur. bamini. bätur.  
 ¶ Imperf. secundü. Audirer. Yo fuera, seria y fuesse oydo.  
 audireris. l. rere, retur. Audiremur. remini, audirentur.

¶ Futurum primum. Audiar. Yo sere oydo.  
 audieris. l. audiere, dietur. Audiemur. dicmini, dientur.  
 ¶ Fut. 3. Audire. tor. Sey tu oydo. Auditor. Sea aqñ oydo.  
 audimini, audimino, Sed uos otros oydos. Audiütur. Sea  
 aquellos oydos.

¶ Infinitum verbum.

Audiri. Ser oydo.

Participia. Auditus, audita, auditum. Cosa oyda.  
 Audiendus. enda. endum. Cosa que ha, o deue ser oyda.

¶ FORMATIO OMNIVM PER  
 sonarum in passiu.

¶ Additur in passiu.

R.	}	ad	}	O.
Vr.				T.
Re.				ama. doce. lege. audi.

Muta-

# DE CONIVGATIONIBVS.

¶ Mutabis in passiuā.

As.	} In {	âris & âre.
Es.		êris & êre.
Is.		êris & êre.
is. quarta		îris & îre.
Tis, & Te.		mini.
Tote.		minor.
S, & M.		R.

¶ Primis & secundis perfectis & plusquam perfectis, & futuro secundo carent uerba in, Or, quæ suppleri possunt per participia passiuā & uerbum substantiuum, sicut & tota passiuā.

## DE VERBIS ANOMALIS.

**F**ero, fers, fert. Ferimus, fertis, ferunt. Ferrem, ferre. Futurum tert. fer, fert, ferte, fertote. cœtera ut lego.

Volo, uis, uult. Volumus, uultis, uolunt. Futuro tertio caret. Vellem, uelle. Sic Malo, & Nolo, adde Noli, nolito, nolite, nolitote.

Edo, es, est. Edimus, editis, edūt. Essem, esses, esset. Essemus, essetis, essent. Fut. 3. Es, esto, estote. Esse. Pass. estur.

Forem, fores, foret. Fore, pro, esse, esses, esset. Esse. Aue, Vale, Salue, habēt futurū primū, & tertiu, & infinitum.

Odi, noui, coepi, memini habent præteritum et ab eo formata. Et memento, mementote.

Eo, queo, uaneo, habent. Ibam, & Ibo, præterea eo habet eundus, & iens euntis.

Dic, duc, fac, imperantis.

Cedo, pro dic uel da. cedite pro, dicite uel date.

Faxo, faxis, faxit. Faximus, faxitis, faxint. Fut. i.

DE

DE CONVOCATIONIBVS  
DE PARTIBVS ORATIONIS.



GRAMMATICA est ars rectè loquēdi. Cuius finis est congrua oratio. Hæc constat ex uocibus, uoces ex syllabis, syllabæ ex literis.

Litera est indiuisui soni comprehensio: Estq; uocalis aut consona.

Vocalis est litera, quæ per se syllabam efficit: ut, A. E. I. O. V. Y. Ex his quatuor fiunt diphthōgi. æ. œ. au. eu. ut, æs, pœna, laurus, eurus, & Græcè harpyia.

Consona sine uocali syllabam non efficit. Sunt autem quindecim. Ex quibus septem semiuocales. L. M. N. R. S. X. Z. Sed. L. R. liquescunt præcedēte muta. Mutæ octo. B. C. D. F. G. P. Q. T.

V. post Q. liquescit: & post G aliquando: ut sanguis.

I. & V. fiunt consonantes sequenti uocali: ut, iuuat.

Y. solis Græcis dictionibus accommodatur.

H. litera non est, sed aspirationis nota.

X. & Z. sunt duplices. & I. inter uocales.

*Huius propria* Syllaba est integri soni comprehensio: ut, dos, flos. Hæc aut *est quantitas* longa est, aut breuis, aut anceps, ut mox dicetur.

Vox est, qua unumquodq; uocatur. Cui accidunt Accētus, Figura, Species. Accentus est uocis modulatio, de quo postea. Figura ostendit sit uox simplex. an composita: Species, sit ne uox prima, an aliūde flexa. Voces omnes aut numeri participes sunt, aut expertes.

Numerus est differentia uocis secundum unitatem, aut multitudinem. Et est duplex: Singularis, qui unū significat: ut, homo uiuit: Pluralis, qui plura: ut, homines uiuunt.

Voces numeri participes sunt Nomen, uerbum, participium.

*Cic. 1. Nat. Deor  
vnā & viginti  
litteras nominat.*

## DE PARTIB. ORATIONIS.

pium. Expertes numeri Praepositio, Aduerbium, Coniunctio. Quae partes orationis appellantur.

## DE NOMINE.

**N**omen est uox particeps numeri casualis cum genere. Ex quibus differentiis oritur declinatio.

Casus est specialis differentia numeri nominalis. Sunt autem casus sex: Nominatiuus, Genitiuus, Datiuus, Accusatiuus, Vocatiuus, Ablatiuus.

Genus est differentia nominis secundum sexum. Genera sunt tria: Masculinum, cuius nota est Hic: ut, hic dominus. Foemininũ, Hæc: ut, hæc musa. Neutrum, Hoc: ut, hoc templum. Commune, Hic, & Hæc: ut, hic & hæc sacerdos. Omne, Hic, Hæc, Hoc: ut, prudens, amans. ~~Epicœnum siue promiscuum, sub uno genere significat utrunq; sexum: ut, hic passer: hæc aquila.~~ Dubium, solo auctorum arbitrio nunc masculinè, nunc effertur foeminè: ut, hic, uel hæc grus.

Genus diuidit nomen in substantiuum & Adiectiuum. Substantiuum est quod cum uno genere, aut summum duobus declinatur: ut, pater, uates. Adiectiuum, quod tribus generibus sub uno sine, uel duobus, uel tribus: ut, felix: Fortis et forte: Bonus bona bonũ. Hispanè semper significat cosa.

Substantiuũ dicitur fixũ, quia nihil addi postulat ad suũ significatum exprimendum.

Declinationes quinque sunt. Prima facit genitiuum singularẽ in æ, diphthongon: ut, musa musæ. Secunda, in I: ut, dominus domini. Tertia in Is. ut, sermo sermonis. Quarta in Vs: ut, sensus sensus. Quinta in Ei: ut, dies dici.

Adiectiuũ dicitur epitheton uel mali le, quia substanti uo indiget cui adhaereat.

## DE SPECIE NOMINVM.

**D**eriuatorum nominũ plura sunt genera: sed hæc præcipua. Possessiuã, Deranuta, Comparata, Superlata.

Possessiuum est, quod idẽ significat, quod genitiuus unde

de

## DE PARTIBVS ORATIONIS.

de creatur: ut, paternus, meus, tuus, suus.

Deminutum, quod minūsignificat, quāmsuum primogenium, cuius semper genus & significationem seruat: ut, à fune funiculus, à rege regulus.

Comparata sunt à nominibus, quæpositiua uocantur, à primo casu in I. addita Or: ut, penitior à penitus, penita, penitum.

Formatur etiam à nominibus hēris  
bus uocātē ante  
is, uel vs, ut, tenuior  
tenuissimus, strenuissimus,  
piissimus, quā  
uis piissimus non pra  
bat Cicero. Philo. 13.  
Vide Marc. lib. 9. Currius  
cap. 4.

Superlata sunt ab eodem casu, addita simus: ut, potissimus à potis & pote. ¶ Hæc Lis, in Ilinus:

Sunt agilis, similis, facilis, gracilisq; humilisq;.

Cum rectus sit in E R, ternus gradus in Rimus exit.

Vt, ueter, & deter: queis matur ius, ito priscum.

Hæc Timus accipiunt dexter, citerq; sinister.

Interus, & ulter, extremus & extimus exter.

Inferus infimum habet. Superus cum posterus, emus.

Bonus melior optimus. Malus peior pessimus. Magnus maior maximus. Paruus minor minimus. Multum plus plurimum. Et composita à dico, facio, loquor, uolo, quæ formāt Entior, Entissimus: ut, maledicus, beneficus, breuiloquus, beneuolus.

Super inferq;  
Vicinus Cat.  
Propus.  
Saprus.  
Sepissimam  
discordiam ei  
bat ex Catone.

Quædā carēt aliquo gradu: ut, Primus prior. Senex senior. Iuuenis iunior. Adolescens adolescentior. Proximus proximior seu propior. Pius piissimus. Falsus falsissimus. Inuitus inuitissimus. Nouus, nouissimus. ojo.

## DE VERBO.

Verbum est uox particeps numeri personalis cū tempore. Ex his differentiis oritur coniugatio.

Persona est specialis differentia numeri uerbalis. Ea est triplex. Singularis prima: ut, amo. secūda: ut, amas. tertia:

ut,

## DE PARTIB. ORATIONIS.

ut, amat. Pluralis prima: ut, amamus. secunda: ut, amatis. tertia: ut, amant.

Persona diuidit uerbum omne in Personale & Impersonale. Personale, seu finitū est, quod numeros & personas <sup>et tempora</sup> finit & determinat: ut, amo, legisse. Impersonale, seu infinitū, quod nec numeros nec personas <sup>nec tempora</sup> finit: ut, amare, legisse.

Tempus est differentia uerbi secundum praesens, praeteritum, & futurum. Verbi finiti quinque sunt tempora: Praesens: Imperfectum: Perfectum: Plusquamperfectum. Futurum. Verbi infiniti totidem sunt, sed indistincta: nam Amare omnium temporum esse potest.

Coniugationes quatuor sunt. Prima habet A S, in secunda persona primi praesentis: ut, amo, amas, amare. Secunda ES: ut, doceo, doces, docere. Tertia I S, & infinitum in ere breue: ut, lego, legis, legere. Quarta I S, & infinitum in ire longum: ut, audio, audis, audire.

Diuiditur uerbum iuxta significatum in actiuum & Passiuum. Actiuum est, quo suppositum agit in rem aliquā, ut, uiuo, amplector, memini. Passiuum, quod passionē significat: ut, fio, uiuitur, curritur.

## DE PARTICIPIIS.

Verbo personali nomina uerbalia oriuntur, significationem & tempus à uerbo ducentia: unde participia sunt appellata, Amas Amaturus in actiua omnia tempora adsignificant, sicut Amatus & amandus in passiuā.

## DE PRAEPOSITIONE.

Præpositio est uox ex pers. numeri, quæ casibus præponitur, & in compositione reperitur.

Præpositiones accusatiui sunt: Ad, apud, ante, aduersus, <sup>de quibus præposition. v.</sup> aduersum. <sup>in fine sintax.</sup>

Participium est uox particeps numeri casus cum genere significatione & tempore a uerbo ducentis.

DE PARTIBVS.

aduersum. Cis, citra, circum, circa, circiter, contra. Erga, extra. Inter, intra, infra, iuxta. Ob. Pone, per, propter, prope, post, præter, penes. Supra, secundum, secus. Trans. Ultra, uersus, uersum.

*Procul nõ  
est prepos.  
nec pridie  
postridie  
proximè*

Ablatiui sunt. A. ab, abs, absq;. Cum, coram. De. E. ex. Pro, præ, palam. Sine, tenus.

Accusatiui & ablatiui. Clam. In, sub, subter, super.

Præpositiones, seu aduerbia potiùs, quæ tantùm in cõpositione reperiuntur. Am. Con. dis. di. re. se.

DE ADVERBIO.

**A**duerbium est uox expers numeri, quæ aliis uocibus tanquam adiectiuum adiungitur: ut, ualde constans.

differt acutè, benè mane. Eius plures sunt formæ.

Affirmandi: ut, etiam, certè, nã, quidni?

Negandi: non, haud, minimè, nequaquam.

Loci: hîc, hac, huc, hinc, foris, intus, intro, tenus, procul.

Temporis: diu, cras, nuper, aliàs, pridie, postridie, dudum.

Quantitatis: ualdè, nimis, satis, perquam.

Qualitatis: bene, pulchrè, impensè, eleganter.

Comparandi: magis, minus, pulchriùs.

Congregandi: unã, pariter.

Demonstrandi: en, ecce. Vocandi: ô, heus.

Dubitandi: fortè, forsan, forsitã.

Hortandi: eia, age, agedum, agite.

Interrogandi: Cur, quare. Prohibendi: ne.

Numerandi: semel, bis, centies, deinde, postremo, denique.

Similitudinis: ceu, tanquam, sicut, ut, sicuti, uelut.

¶ Abhorrentis: Phy. Minantis: uæ.

Admirantis: pape, uatr. Optantis: utinã, osi.

Dolen



## DE GENERE NOMINVM.

Dolentis: hei, heu.      Paueris: at at.  
 Exclamantis: prô, ô.      Ridentis: ha ha he.  
 Laudantis: Euge.      Silentij. St.  
 Sciscitantis: amabô, sodes.

## DE CONIUNCTIONE.

**C**oniunctio est uox expers numeri, qua orationis <sup>ad diuersa</sup> partes coniunguntur.

Copulâtes absolute aut ex conditione sunt: Et, que, nec, neque, ac, atq; quoque, etiam, item, itemq;, Cum, tum. Si, sin, nisi, ni.

Disiungentes: aut, uel, siue, seu, uè, an, utrum, necne.

Aduersantes: at, sed, porrô, tamè, tametsi, & si, licet, quâquam, quanuis.

Rationales, illatiuæ, seu colligentes quando ratio preccedit: ergo, ideo, igitur, itaq; quare, qua propter, quocirca, proinde.

Casuales, quando causa sequitur: nã, namq; enim, enimuero, etenim, quia, quoniã, siquidem, quòd, propterea quod, quippe, ut pote.

quam obrem, quapropter non sunt coniunctiones, nec quare, sed nomina

## De genere nominum.

### ¶ Regulæ generales.

**M**as facile ostendit sexum, nec fœmina cœlat. <sup>Quicquid utrumq; notat cœmis uti bos canis et fœs.</sup>  
 Commune antistes, sus, bos, cane, uate, sacerdos.

Adiectiua tribus iunge: ut, dis, par, iuuenisq;.

Inferiora ferè nomen generale gubernat: <sup>cuius fida testis dixit Seneca.</sup>

Vt mons, urbs, fluuij, insula, fabula, nauis, & arbor. <sup>aliqua.</sup>

~~Vñ, neutrum dicim: iunge ON, uariante secunda.~~ <sup>ponga se en su lugar abay</sup>

C Non

DE GENERE NOMINVM.

Non uariata: ut, ador: <sup>Neutra</sup> Quequid pro nomine sumptam.

¶ De genere dubio.

Anguis, adeps, bombix, & barbitos hic dabit aut hæc.

Calxq; cupido, culex, cortex, clunisq; canalis.

Dama, dies, forceps, finis, grus, grossus, & imbrex.

Linter, linx, limax, margo cum natrice, onyxq;.

Et penus, & puluis, pumex, per dioxq; phasellus.

<sup>serpens</sup> Stirps, specus atq; silex, <sup>serpens</sup> serpens, talpaq; torquis.

Et <sup>Regula</sup> Regulae speciales.

A, sit foemineum: Adria mas, planeta, cometa.

A ternæ neutrum: ccu, pascha, emblema, poema.

E, neutrum nobis: Græcis muliebriter exit.

Quod sit in O, mas est: caro, talio, foemineum sit.

Et uerbale in Iô, ccu, portio: iungito DO, GO.

Mascula burdo, ligo, harpago, udo, cardo, uel ordo.

C. T. L, neutrum. Sal dic cum sole uirile.

AN. IN. ON, mas est: sindon muliebris & icon.

EN, dabitur neutrîs. Mas sit cum pectine, lichen.

atq; lien, atagen, ren, splen, cui additur hymen.

Nomen in AR, neutrum. Sed in ER, distingue uirile.

Neutra siler, lassèr, sifer, & cicèr, & piper, iter.

Et ternæ cuncta in BER, VER, sed masculus imber.

OR, mas: hæc arbor. Neutrum cor, marmor, & æquor.

VR, neutrum. Mas turtur, uullur, furfur, & anxur.

AS, muliebre ferè: as sit cum prole uirile.

Vas uasis neutrum: hic elephas, adamasq; tyaras.

ES. IS. foemineum. <sup>Græcum</sup> Græcum mas, meridiès, pes. <sup>cop. sit adiectiu</sup> cop. sit adiectiu

Et quæ in Tis crescunt (seges & teges est muliebre.) <sup>compe</sup> compe

Hic pollis, castis, fasce, ensis, piscis, & axis. <sup>des a</sup> des a

<sup>cop. pedio</sup> cop. pedio

Græca. & Tis crescens. (seges & teges, & <sup>quies</sup> quies hæc)

(seges & teges atq; quies hæc)

funis olim ambig. vnde  
rudentes.

lenticulos Cic. Att. 10.

serpens. omn. gc.

It. Tribunal, cervical, vechigal.

N. Græcū

Lionis olim.

t. lacunar, laquear, lupanar.

vt suber, var, verber, papauer,  
imber, cadauer, Zinziber, tuber.

Græca: vt, labes, tapes, acinacas

res Soractes, ammodites,

yates,

Castis, dis, faem.

quies

falla

Glis, Varro

DE NOMINVM DECLINAT.

Glis, cucumis, mensis, uernis, cum sanguine, postis.

Et torris, caulis, follis, uectis, lapis, unguis.

Fuste, orbis, callis, collis. Finita NIS. adde.

vt panis, ignis, furis, omnis, alius, cinis a cerua dixit Catullus, et alibi, mutum cinerem.

OS. mas. hæc dos, cos. Neutrum os oris & ofsis.

VS. maribus iungas seu quartæ siue secundæ,

Hæc humus, hæc aluus, uannus, domus, & colus, idius - <sup>charis.</sup> alius olim. M. colus F. Catullo porticus, atq; tribus, cum ficus, acusq; manusq; <sup>ficus pro morbo. M.</sup>

Et quæ de Græcis OS. in VS. uertere Latini: vt <sup>vt Tharus & nardus, methodusq; papyrus, exomis. Deryllus, carbasus, archus,</sup>

Hoc pelagus, uirus, uulgus, quod mas quoq; fertur.

<sup>vt rudus</sup> VS. sternæ neutrum. Hic lepus, & mus. Pius podos adde. <sup>hyssopus, smargadus, omaraeus, alabastrus, saphyrus, hyacinthus, peroidus</sup>

Fœmineum est incus, uirtus, palus, atq; iuuentus

Seruitus, atq; salus, pecudis, subsensq; senectus.

es neutrum pones: laus, fraus muliebria dices.

Es neutrum: hæc laus, fraus, uelut S. cui consona præ sit. Græca ut fons, hydrops, fons, de pons, materua, mensq;.

S. muliebree datur. Sed PS. polysyllabon est mas.

Et cum monte chalybs, fons, dens, pons, tabificus seps.

X. da fœmineum (nisi grex) monosyllabon omne.

AX. EX. da maribus. Sunto muliebria fornax,

Et smilax, sorfex, carex, thomexq; supellex.

Halex, iuge phalinx, sirinx, celoxq; soloxq;.

Hic mons, fons, dens, pons; & Græca ut hydrops, seps.

IX. dabo fœmineis. Hic uibix, fornice, sandix,

pressum habeat, aliter participium passiuum est. Pendet  
a præpositionibus ablatiui saltem intellectis. Terent. Ocu  
los terendo. Virg. Eādo aliquid. Cic. Salutem hominibus  
dando.

Transit aliquando  
in nomen &  
genitiuū plura  
lem regit: ut,  
tampus est legē  
di librorum.

DE CONST. PARTICIPIORVM.

dando. Idem. Inuidia dicitur à nimis intuendo fortunam alterius. In datiuo etiam reperitur: ut, inutilis scribendo.

Supinum dicitur, quia supine: hoc est, negligenter agat, et penè ociosum ac superuacuum sit. Semper iungitur uerbis motum ad locum significantibus. <sup>ut enouit te cantatum.</sup> Virg. Venimus huc lapsis questu oracula rebus. <sup>admitte me spectatum</sup> Motus etiam est in illis, Do si liam nuptum, conduxit te cantatum.

DE PARTICIPIIS.

Participia suorum uerborum casus admittunt. Iunguntur aliis uerbis, sed precipue substantiuo per omnia tempora; Et cuius temporis uerbum fuerit, eiusdem serè et participium erit.

Amans, et que ama, o amando iungitur omnibus temporibus: ut, legens sum, eram, fui, ero. Excita dormientem, excitauit dormientem, excitabo te dormientem, Nunquã significat passionem, sed aliquando deest accusatiuus Sc: ut, uoluentibus annis, uoluentia plaustra. <sup>ueniens.</sup>

Cic. in Orator. Est. n. ut scy, quasi in extrema pagina Thædri his ipsis uerbis loquens Socrates. Terent. Effes proferes 147. Cic. in Sallust. Vnius animi satis es materia habes

Amaturus, estando para amar, o auiendo de amar, o a amar, iungitur omnibus temporibus etiam futuris: ut, dixi te uenturum esse, uel fuisse, uel fore, Martial. Mergite me fluctus, cum rediturus ero.

Amatus, lo amado, o siendo amado. Semper passiuè capitur, nisi ab actiuis in Or descendat: ut, amplexus hominè. Et pransus, cœnatus, potus, pertesus.

Amandus, que deue amarse, o para ser amado. Omnia tempora adsignificat, etiam præteritum: ut, abstinui à causis agendis. Semper passiuè significat: ut, plectendus, pudendus, poenitendus. In accusatiuis iungitur uerbis actiuis, si patientis personæ sit adiectiuum: aliter

Quintil. in proam. 8. Si ad intelligendos nos opus sit ingenio.

*[Faint handwritten notes and bleed-through from the reverse side of the page.]*

DE CONSTRUCTIONE.

aliter prepositiones amat. Ad, ob, propter, inter, ante: ut, accepi erudiendum puerum, uel accepi pecunias ob uel propter erudiendum puerum. In genitiuo plurali ad euitādam macrologiam habet aliam terminationem in Di pro omnibus generibus. Elegantiū enim dicimus: ueni causa recipiendi pecuniarum, quā recipiendarum pecuniarū.

Plin. in Lane  
gyr. Gratiaꝝ  
agendum.

¶ De nominibus participialibus.

**Participium**  
non habens  
casū uerbi  
nomine effi-  
citur.

Nominum participialium non una est ratio. Nam alia ornatum quendam, habitumq; significant: ut, pileatus, toga tus, tunicatus, ocreatus: alia sine origine uidentur, ut, situs, fretus, præditus, prægnans: alia etiam casus uerborum non nunquam rapiunt: ut, populabundus agros, uitabundus castra hostium: & illa antiqua: Quid tibi meam tactio est? Quid tibi hanc rem curatio est. Postremo ipsa participia cum sunt nomina, participialia dicuntur. Id contingit cum aliquid amittunt: tempus scilicet, uel significationem, uel uerborum casus: ut, amans uxoris, fugitans litium, continens, diligens, oriens, consonans, serpens, et huiusmodi. Sic beatus pro diuite, disertus, tutus, ignotus, scitus, argutus. Ad de his falsus, consideratus, circumspectus, contentus, tacitus cum passionem non significant.

dicendus mihi  
amatus nobis

Circumfusus  
actiue et passi-  
ue apud Curt.

DE PRAEPOSITIONE.

**P**raepositio etiam in compositione saepe suum retinet casum. Caesar. Flumen Axonam exercitum traducere maturauit. Idem. Exercitum modo Rhenum transportaret. Tacitus. Adiuluitur genia illius. Virg. omnes afferimur hanc urbem. Idem. Boves pueri submitte tauros: id est, sub tauros. Horat. Nil intra est oleam, nil extra est in nuce duri. Sic dicimus: Mea interest, uestra interfuit, pro, est inter

Horat. Cum grauius dorso subit onus. Sic subire laborem, mea transire modum, eijcere domo aliquem, exire culina, incubare curā. Horat. Nen quid medios intercinat actus,

interfluere urbem, vel mania Curt. 3. uel dus agmina

Horat. Mirabor si sciat interuolere

Aggredior negotiū & ad negotiū.

Linius lib. 6. de c. 3. Haec Siculoꝝ quarellae domos primū nobiliū circūlat.

PRAEPOSITIONVM.

mea negotia. Superfedeo his rebus, pro, fedeo super his rebus.

Præpositionū quaedam semper accusatiuo hærent, quædam uerò ablatiuo, ut dictum est. Hæ autem pro uario significatu modò accusatiuo, modò ablatiuo iunguntur: In, sub, super, subter, & clam.

In, cum significat motum seu transitum accusandi casum amat. Virg. Qua uia ducit in urbem. Terent. Hanc mihi in manum dat. Et cum actio differtur. Terent. In diē istuc erit. Horat. Præsens in tempus omittat. Item cum capitur pro contra, uel erga: ut, ingratus in præceptorem, in parentem pius. Cum significat aliquid in loco fieri ablatiuo gaudet Terent. Ego in portu nauigo.

Sub, cum motum significat accusatiuum poscit. Virg. Et nūc magna mei sub terras ibit imago. Et pro ante uel paulo post. Horat. Sub galli cantum. Cic. Sub eas literas statim recitatae sunt tuæ. Sine motu frequentius ablatiuum: ut, sub pedibus, sub iudice. Dicimus, sub idem tempus, & sub ipsa die. Sub Alexandro sub Philippo.

Super, cui opponitur Subter, aut cum significat De, ablatiuo iungitur. Virg. Fronde super uiridi. Idem. Nec super ipse sua molitur laude laborem. Idem. Multa super Priamo rogans, super Hectore multa. In reliquis accusatiuo seruitur, super cenam. Super Garamātas & Indos. Differt à supra, quòd illud contiguū est, hoc separatū: ut, sedet super arma: supra caput astitit imber.

idem in ro  
multa sup  
luiso rogi  
tat.

Clam in eodem significato & accusatiuo & ablatiuo coniungitur: ut, clam uxorem. clanculum patres. & clam patre.

DE

DE CONST. ADVERBIORVM

**A**duerbia sepe genitiuis iuncta reperiuntur: ut, cru-  
rū tenuis, ubiq; gentium, abunde pecuniarū, plus olei  
quā uini, satis fidei, multum terroris, tantillum spaci; pri-  
die postridie eius diei.

Vbi significat locum sine motu, cui respondet hic, istic,  
illic, ubi, intus, foris, utrobq; passim, nusquam, superne, in-  
ferne, infra, subtus, necubi, ubiubi.

Quo, significat motum ad locū. Et hūc, istūc, illūc, eō, il-  
lo, intrō, foras, quoquo, peregrē, obuiam.

Quā, significat motum per locum. Et hāc, istāc, illāc, qua-  
qua, quacunq; quauis, quaquauerfus.

Vnde, a quo loco. Sic hinc, istinc, illinc, inde, eminus, comi-  
nus, alicūde, necūde, foris, undecunq; undeunde.

Quorsum, ad locū & ad alia refertur. Cui respōdet hor-  
sum, istorsum, sursum, deorsum, rursum, prorsum, dextror-  
sum, leuorsum, sinistrorsum, aliorsum, retrorsus, introrsus,  
quoquouerfus, uenum, pessum.

Quousq; locis & temporibus accommodatur. Cui uel  
nomina reddi solent, uel aduerbia: ut, Romam usq; perue-  
nit. hucusq; illucusq; eousq; hactenus.

*Aduerbia nulli casu rayunt sed deest ali quid. Ouid. 2.*  
Aduerbia demonstrandi rectis uel accusatiuis subser-  
uiunt. En Priamus, en quatuor aras, ecce homo, ecce ho-  
minem.

*Aspice vultus ecce meos. Terent. Atq; ceu ipsa vi deo.*  
O, tribus casibus adheret, nominandi. Terent. ô uir for-  
tis atq; amicus. Lucan. Degener ô populus. Accusandi: ô cū  
ras hominum. Vocandi: ô Pamphile salue. Subticetur inter-  
dum. Sofia adesdum: miseram me.

Heu, pro, proh, accusatiuo & uocatiuo. Heu stirpem  
inuisam: pro fidem deūm: heu pietas, heu prisca fides: proh  
dolor:

DE CONST. CONIVNCTIONVM.

dolor: prob supreme iupiter.

Hei, uæ, ab, datiuo. hei mihi, uæ capiti tuo.

Longè comparatiuis & superlatiuis: longè melior, longè optimus.

Non solum, non modò, non tantùm, in priore parte sententiæ ponuntur, quibus respondent Sed, sed etiam, uerùm, uerum etiam: ut, non solum est mihi notus, sed etiam amicus. Nedum, posteriorem sententiæ locum obtinet, si in affirmãdo, quod grauius est præcedat, in negando minus: ut, funde rem pro te sanguinem, nedum pecunias. Non funderẽ pro te pecunias, nedum sanguinem. Obolum pro te non perderem, nedum sanguinem effunderem.

DE CONIVNCTIONE.

Coniunctiones copulantes non possunt non similes casusnectere. Nam cum dicis: Patris aures & nostras obtùdis: illud Nostras, re uera genitiuus est, ut diximus in possessiuis. Emi equum centum aureis & pluris, deest precio. In uerbis aliquando iungimus diuersa tempora. Terent. Et habetur, & refretur à me gratia. Cic.

supple iterum aures.

Confidebam ac mihi persuaseram fore.



# DE FIGVRIS

## constructionis.



**R**ECTA constructio exposita est, nunc quibus modis figuram admittat oratio, exponamus. Solacismus est impar & inconueniēs compositura partiu orationis. Latine imparilitas dicitur. Quando uerò solacismus auctores habet idoneos, non uicium, sed figuram uocamus. Figurae syntaxeos ad quatuor genera possunt reuocari: nam sunt per defectum, per excessum, per discordiam, et inuersum ordinē. In defectu seu Endia tres sunt figurae, Ellipsis, Prolepsis, Zeugma. In excessu est Pleonasmus seu paretcō. In discordia seu Enallage, Syllepsis, & Aniptosis. In ordine perturbato, Hyperbaton. Sunt igitur septem. *scz.*

### DE ELLIPSI.

**E**llipsis, id est, defectus fit quoties ad legitimā cōstructio nem necessaria dictio uel dictiones desiderātur: ut, paucis te uolo. Latissime patet haec figura per omnes partes orationis, quare nos in annotationibus omnia ferē ad ellipsin referimus. Hic breuissime quaedam percurreremus.

Nomina substantiua semper desiderantur, ubi genitiuus uidetur uerbis coniungi: ut, accuso te furti: memini tui: uenit in mentem illius diei: egeo medici: tanti emi, non est uiri boni:

*cōst*  
Figura est  
in Anemia  
lia sine in-  
aequalitas  
partium.

*Verbo desideratur: ut, Turno paulatim exced. Vnde mihi lapidam. Vide Laurent.*



# DE FIGV. CONSTRUCTIONIS.

boni regis interest gubernare: sum domi meae: eo ad Dianae castra aberant bidui.

Desiderantur & substantiua in adiectiuis illis, quae propter familiarem usum non uidentur indigere substantiuo: ut, Ianuarius, Martius, September, & reliqua nomina mensum. sic oriens, occidens, continens, natalis, bipennis, aqualis, maialis, molaris, & multa alia.

*Adiectiua esse contendit Valla in Kandensem, or Limacru, in eclipfi lib. 6. Τοπαιμα*

*etiam apud Graecos* In omni ferè adiectiuo neutrali deest Negotium: id est, Res. Virg. Triste lupus stabulis. Idem. Varium & mutabile semper foemina. Persius. Dicenda tacendaq; calles. Cic. Te amo, tua tuor. Terent. id mea minime refert. In quibusdam pluralibus deest loca: ut, Gargara, Dyndima, Auerna, supera, infera.

Nomina generalia frequentissime desiderantur in specialibus, qualia sunt, urbs, mons, fluiuus, fabula, arbor, auis, herba, litera: ut, barbara Narbo. magna Tarentum. altus ossa. Albula fuluus. Eunuchus Teretiana. Laurus magna, sola bubo. dictannum pota. T, terminalis &c.

*Virg. Solaq; culminibus ferali curruine bubo. f. auis. Tarent. Transiit in Eunuchum suam. f. fabula.*

Verbum infinitum desideratur in participiis passiuus in singulari neutro genere: ut, lectum est, legendum erit, ~~tem~~ ~~pus est legendi, defesio sum legendo:~~ deest legere: quasi dicas, lectum est legere, nam illud legere, idè est quod lectio.

Participium ENS passim intelligitur: ut, tace tu imperitus homo. curro libens. uideo te auarum. me praeceptore didicisti. iactamus iam pridem omnis te Roma beatum. Annibal peto pacem. Syntaxis est, Ego ens Annibal peto pacem. uulgo appositionem uocant.

*Ouid. quid maueret bonos animal sine fraude dolozq; idem. Nullo Lodea salutarum. Idem. Hospita Phyllis quereor idè. Turba luxuriosa proci.*

Prepositiones ablatiui sepiissime intelliguntur: ut, uenio Roma: lucis habitamus opacis: descendit montibus humor:

*Cic. y. quinq. Nihil alieno tamen uita superiora corripit*

*Abiit sic. mane uenit, hora prima uenit, nocte dormis. luce, in omnibus deest De uide conserinuo. Item: in his. Amicor suasa faci. f. de. Cic. y. Res Amar. Quod u simulatq; scribit de amicor cognatorumq; sententia Roman configit.*

Cic. 2. de inuent. Deinde utrum id facinus sit, quod nocere fuerit  
necesse. i. ob quod. *scatā*. Terat. Ehor. quare obsecro, ne quid plus minusve faxit  
quod nos postea pigeat. **DE FIGV. CONSTRUCTIONIS.**  
Idem Heaut. Nec se id pigera

Cic. orat. Magnam enim partem  
ex imbris nostra constat oratio.

Linus. i. Suam quisque vicem offi-  
cio functus est. 2. 3. ut hoc in si-  
gna regium in orbem, suam  
cuiusque vicem per omnes iret.

Cic. at vide quid succensat.

lib. 7. ad Trebat. Linus. Nec  
tu id indignari posses. Meha.

Totum brachati corpus et ri-  
si qua vident etiam ora

Veluti. de Sarmatis.

Varro lib. 3. cap. de

apib. ne deficient

omnium.

vide copia Erasmi lib. 1. c. 30.

possitis leg. lib. 4. epist. in

opia Sulpitij ad Cicar.

multi praterca cum spe bona

dolascntes, sicuti hostia, macta

i sunt. Sallust. de rep. ordin.

Præpositionem *uxta*: id est, iuxta, uel secundum mo-  
re Attico poeta omittunt: ut, niger oculos, ex pleri mentem  
nequit: accingitur ense, & similia. Magna oronari con-  
DE PROLEPSI. *turnat Olympiā*

**P**rolepsis: id est, præsumptio uel occupatio, fit cum è ge-  
nere species intelligitur, aut quando, partes totum se-  
quuntur uerbo non repetito: ut, scribimus inclusi numeros  
ille, hic pede liber. *vera uerbum totu a se modo huc*  
cent, Si partes uerbum præcedat, totum erit uerbi supposi-  
tū: ut, aquile uolarunt, hæc ab oriente, illa ab occidete: sin-  
autē uerbū partibus adhibeatur, à genitiuo, qui totū signi-  
ficet, licebit incipere: ut, humani generis pars animi, pars  
corpus excolit. Est et prolepsis implicita: ut, alter alterius  
onera portate. Sallust. Cepere se quisq; magis extollere.

**DE ZEUGMATE.**

**Z**eugma, id est, iugatio uel connexio, fit cum species in-  
telligitur è specie, uel cum unum uerbum uel unum  
adiectiuum additum multis cum uicino consentit: ut, Et  
genus & uirtus nisi cum re uilior alga est. Martial. Salua  
est uxor, sarcinaq; seruiq;. Cum propiore autem consenti-  
re uoco, etiam si parenthesis interponatur. Sallust. At in-  
genij egregia facinora (sicuti anima) immortalia sunt. Ci-  
ce. Quid est quod tu, aut illa, cum fortuna queri possis? Ho-  
rat. o noctes cænaq; deum, quibus ipse, meiq; ante lacrem  
propriū uescor. Ex Homero. At uisæ uxores, at pignora eq.

Triplicem Zeugmatis usum reperio. Aut enim idem  
uerbum nihil matatum desideratur. Cic. uicit pudorem li-  
bido, timorem audacia, rationem amentia. Aut idem cer-  
te,

DE FIGV. CONSTRUCTIONIS.

te, sed uariatum. Virg. Sociis & rege recepto. Idem. Hic illius arma, hic currus fuit. Horat. Tu quidego, & populus mecum desideret, audi. Cic. Ego illum de suo regno, ille me de nostra rep. percontatus est. Aut deniq; idem uerbum intelligitur, sed in alio significato: ut, tu colis terram, ego patrem. Sallust. Iugurtha ubi gentium, ut quid ageret. Iustinus. Prouolutæ deinde genibus Alexandri, nō mortem, sed ut Darij corpus sepeliat, dilationem mortis deprecantur. Idem. Egregius adolescens & cædem patris, & necem fratris, & se ab insidiis Artabani uindictabit. Martial. Mauis Ruffe cocum scindere, quàm leporem. Virgi. Sacra manu, uictosq; deos, paruūq; nepotem ipse trahit. Idem. Disce puer uirtutem ex me, uerūq; laborem, fortunam ex aliis. Disco multa significat: nam & scire, & intelligere est, & amplecti, & cognoscere. Hæc de Endia seu desectu.

DE PLEONASMO.

**P**leonasmos seu paretcon fit cum ad legitimam constructionem superest aliquid: ut, Adesdum: ubiq; gentium. Plaut. Aulularia. Ita fistibus sum mollior magis, quàm ullus cinædus. Idem Poenulo. Verum qui dederit, magis maiores nugæ egerit. Et in sacris. Magis pluris estis uos. Plaut. Ruden. Nam Arcturus signum suum amicum quàm uocerrimum. Cice. 3. Fin. Id apprimè rectissimè dicitur. Columella lib. 9. Apis si seuior, maximè pessima est. Gellius lib. 13. Hi sunt uel maximè humanissimi. Virg. Ante alios pulcherrimas omnes. Cic. pro Mil. Hoc quod tormentis inuenire uis, id fatetur. Propositiones et aduerbia sepe super sunt. Terent. ~~Mostra illico it uisere ad eam. Idem.~~

Terent. And. Ut ab illa excludat.

E ij Acone

Propert. lib. 2. eleg. 12. Euolat è nostro quoniam de pactorè iniquon.  
 Plaut. Aulul. Quin tu eam inuenias (inquam) meam illam esse oportere Eucchio.  
 ibidem. Quia istud facinus quod tuum sollicitat animum id ego feci.  
 ibidem. Quis me Athenis nunc magis quiquam est homo, ueni Dijsint propitij.

## DE FIGV. CONSTRUCTIONIS.

*Adone ad eum? Idem. In animum inducas tuum. Idem. ut ne impune in nos illuferis. Sallust. Tanta nis avaritia in animos eorum ueluti tabes inuaserat. Cic. Media illa inter que nihil interest. Idem. Quasi nihil inter res quoq; ipsas interfit. Terent. Mea quidem hercle certe in dubio est uita. Et geminationes illæ, sese, tute, tutu. &c.*

## DE SYLLEPSI.

**C**oncordia uocum quadruplex est, numeri, personæ, generis, & casus, totidem modis fit figura. In tribus prius est Syllepsis, in postremo Aniptosis. Syllepsis. i. conceptio fit quoties numeris, aut generibus discrepant uoces; & dignius, non propinquius (ut in Zeugmate) respicimus.

Syllepsis per numeros, quoties uoces discordant numero, & cum significato in mente concepto conueniunt. Virgil. Pars in frustra secant. Ouid. Pars uolucres factæ. Terent. Eunuchum dixi uelle te, quia solæ his utitur regina. Boethius. Nil infelicius homine, quos morsus muscarum necat. Poeta licentius adhuc. Virg. Remo cum fratre Quirinus iura dabunt. Ouid. 2. Met. Fors eadem Ismaricus Ebrum cum Strymone siccatur. & in. 4. Litora cum plausu clamor superasq; deorum implere domos. Idem. Ilia cum Lauso de Numitore facti.

Syllepsis personarum, quoties personis uoces discrepant. Terent. in pomic aliquo. Virg. Exortite aliquis nostris ex oſibus ultor, qui sacce Dardanios ferroq; sequare colonos. Item illa, quæ citantur. Danaï qui parent Atridis contra Priamum arma sumite. Item. Dif faciant sine me non moriatur ego. i. amica mea.

Syllepsis generis, cum aliud genus cõcipimus, & aliud in relatiuis contingit sæpiſſime Syllepsis generis. Cic. 1. Legum. Animal profè plenum rationis & consilij, quem uocamus hominem. Idem. 1. Parad. Quibus tãde gradibus Romulus ascendit in cælum? hisne quæ isti uocant bona appellant?

010

Cic. Quintio. Trans alpe  
vsq; transfertur.

Idem q. Ref. Amer. Ad Syllam  
Legati non adierunt.

010

Vide Budeum in comment.  
pag. 1088. & 1089.

Patrus & Lulus  
uocunt.

fit hanc  
figura

Res à Calliopo præcor  
uocante carenti.

DE FIGV. CONSTRUCTIONIS.

proferimus. Terent. Vbi ille scelus est, qui me perdidit? Idē. *Liuius. Latin*  
 Dij illū seniū perdant, qui me hodie remoratus est. AEnēi. *Capuaq; agro*  
 7. Pars arduus altis puluerulentus equis. *Liuius. Samnitū*  
 cæsi tria millia trecenta. Florus. Duo millia electi, qui mo- *muletati.*  
 ri iuberentur. *Curtius. Dūo millia crucibus affixi. & in sa*  
 cris. Duodecim millia signati. *Terant. Aliquid*

Est & syllepsis mista: ut, *Ego & tu sedemus*  
 tua cum Lauso de Numitore *Liuius. Gens*  
 sati. Sallust. Pars in carcerem acti, pars bestiis obiecti. *Liuius. vniuersa Ve*  
 uius. Maxima pars ab equitibus in flumen acti. Idē. Pars *reti appellati.*  
 per urbes dilapsi. Idem. Tunc enim uerē omnis ætas curre-  
 re obuij. Virg. Hæc manus ob patriam pugnando uulnera  
 passi. Idem. Pars mersi tenuere ratem. *Idem. Diuellimur*

*Inde Iphitus & Pelias nocum. Terent. Aperito aliquis. & illa poetica*

Dignius autem est nomen primæ personæ: ut, Ego & *illa cū Lauso*  
 tu ualemus. Deindē secundæ: ut, Tu & pater iubetis. Tum *de Numitore*  
 masculinum significās <sup>uominis</sup> proprie marem. Terent. Quam pri *sati.*  
 dē pater mihi & mater mortui essent. Ouid. Iane fac æter-  
 nos pacem pacisq; ministros. Idē. Mulciberi capti Marsq;  
 Venusq; dolis. Virg. Casosq; reportant Almonem puerū  
 foedatq; ora Galeſi, Postremō fœmininum significans fœ *Budæ. 1088.*

X<sup>o</sup> minam: ut, ancilla & mancipium sunt candidæ. *Homerus. vxor & soror*

At uestræ uxores & <sup>in reliquis</sup> pignora nescia fraudis sub tectis resi *sunt salua.*  
 dent sola. Si neutrum sit horum, ad genus ueutrum recur-  
 remus. Sallust. Præterea diuitiæ, decus, gloria in oculis si- *Cic. de Vniuers.*  
 ta sunt. Quintil. Præterea intuenta sexus, dignitas, ætas. *Nox igitur et dies*  
 Sallust. Plerosq; uelocitas & regio hostibus ignara tuta *adhuc modum*  
 ta sunt. Et in sacris. Virga tua & baculus tuus ipsa me cō *et ob has genera*  
 solata sunt. Illud Lucani non probatur doctis. Leges & ple *ta causas. idem*  
 biscita coactæ: melius coacta. *i. Diuin. Annus*  
*salubris et pesti*

E iij DE *lens contraria.*  
*in sacris. Lunam*  
*et stellas quæ tu*  
*fundasti.*

# DE FIGV. CONSTRUCTIONIS.

## DE ANTIPTOSI.

*Pot. q. d. hypallage ad rhetores*

**A**ntiptosis est casus pro casu positio, sed ita ut casus non careat rectione. Nam uenit in mētem illius dici: non est antiptosis, sed deest recordatio, uel memoria.

Vocatiuus pro nominatiuo, aut contrā, nunquam ponitur: nam rectē dicas: tace tu amicus meus & amice mi. utrunq; diuersa syntaxi. Illa uirgiliana. Corniger Hesperidum fluiuis regnator aquarum. Et, socer arma Latinus habeto, perperam intelligunt grammatici. Macete non est uocatiuus. ut colligitur ex *Lincolib. 2. iuberē macete*

Accusatiuus pro nominatiuo. Perēt. Illum ut uiuat optant. Idem. Hanc metui ne me criminaretur tibi. Idem. Nūc metuo fratrem, ne intus siet. Idem. Hei metuo lexonen nequid suo suat capiti. Urbem, quam statuo? Et, Eunuchum quem dedisti nobis, ellipses sunt, non antiptoses: in illo enim deest uultis, in hoc, quero. *Terant. Eu. Scān' me in quib; sim Gau*

Accusatiuus pro ablatiuo Horat. Epod. Nardo perunsum quale non perfectius meae laborauerunt manus. Idē. Occurrunt animae, quales nec candidiores terra tulit.

Antiptosis siue antichronismus dicitur in uerbis cū tēpus pro tempore capitur. Cic. Sed ualebis, meaq; negotia curabis: pro uale, cura.

## DE HYPERBATO.

Et eius partibus.

**H**yperbasis siue hyperbaton est uerbi transgressio & ordo perturbatus praeter grammatices rationem.

*it clamor caelo, p. ad caelum.*

*ragatur tota Italia p. per.*

*Nec serae meminit decedere rochi. Venito tempori Graec.*

*Cic. Legn' An mal' plerum ratione ar cen sity. quam uoan ruis hominem*

*plaut. in aut nimis hex de ego illum corum ad me uemat ne lim. ibidem, sed miror ubi sit. terant. sin*

*me in quib; sim quaudis? idem at q. istud quicquid est fac me ut sciam*

*idem cum uict' ego illum regio qui suerit*

DE FIGV. CONSTRUCTIONIS.

Anastrophe est dictionum præposterus ordo: ut, mecum, tecum, secum, quibus de rebus, quem penes.

Tmesis, id est, sectio quando composita uel coniuncta dicitio diuiditur: ut, Septemq; triones. maximo te orabat opere. *Varro lib. 2. rei rust. consue quoq; faciunt, ut alliga*

Parenthesis est sensus sermoni (ante quam absoluator) interiectus: ut, Hos illi (quod neq; bene uertat) mittimus hœdos. *ri possint. Terent. Hecy. Agere (cum redio) (breuis et uia) pascere capellas. qua me pro*

Synchysis est ordo dictionum confusior. Multus est in hac figura Horatius, ut notat Porphyrius, ut in Arte, Qui uariare cupit rem prodigialiter unam, delphinum syluis appingit. Ordo est, qui cupit uariare rem unam, delphinum syluis appingit prodigialiter. idem. Chorusq; turpiter obticuit sublato iure nocendi. Ordo est. Chorus obticuit sublato iure nocendi turpiter. Et satyra prima. Hunc liberta securi diuisit medium fortissima Tyndaridarum. Ordo. Liberta fortissima diuisit hunc medium securi Tyndaridarum. Quem locum ego nostris temporibus primus animaduerti. Securi autem siue bipenni percussum fuisse Agamemnonem, non semel testatur Sophocles in Electra. *Horat. cum tuar genti post omnia ponas. inter quæcumq; præteritis. lib. 4. 367*

Anacoluthon i. inconsequens proximè accedit ad solacium: uitiumq; potius quam figura dicitur. Terent. Eun. Cur ergo in his te conspicio regionibus? Th. Vobis fretus. Idem. Hecy. Nam omnes nos, quibus est alicunde aliquis obiectus labos, omne quod est interea tēpus, priusquam id rescitum est, lucro est. Cicero, citante Erasmo in Ciceroniano: Diutiùs commorans Athenis, quoniam uenti negabant soluendi facultatem, erat animus ad te scribere. Idem. off. i. ut enim pictores, & ij, qui signa fabricantur,

Liuus lib. 2. C. Mutius Cum C. Mutius adolescens nobilis etc.

Cic. p. Marcello. Verum animum vincera, iracundiam cohibere, victoriam temperare etc.

Ouid. Denique quisquis erat castris ingulatus Achinis, Frigidius glacie pectus amantis erat.

*Vide Donatū ibidem pag. 473.*

DE FIGV. CONSTRUCTIONIS.

Et ueri etiam poëta suum quisq; opus à uulgo confide-  
rari uult. Plaut. Amph. Naucraten, quem conuenire uol-

*Terat. Adalph.*

*Principio si id te  
monet sumptum filij  
quem faciunt. uide dicitur  
act. 5. sce. 3.*

ui, in nauis non erat. Et in sacris. Sermonem quem audi-

stis, non est meus. Nec hæc possunt referri ad

antiptosin, (ut imperiti autumant)

quia rectione caret

casus.

*Curtius lib. 5.* His ita compositis, in regionem, quæ Satrapane  
uocatur, peruenit: fertilis terra, copia rerum, et omni cōteatu  
abundans. uel est antiptosis.

Laus Deo.

*Curti. lib. 7.* Prima a Macedonum nauibus quingremis uolūitate  
inter cæteras eminens occurrit: *quam ut conspexere Tyrj,*  
dua aduerso in latera eius inuicta sunt.



*Cic. Philip. 1. pag. 422*





# FRANCISCI Sanctij Brocensis

Minerua seu de Latina lingua  
causis & elegantia.

AD

Illustriſſimum Caſtellæ Halmirantum.

*Curtius lib. 4. Nihil  
aut potest esse dicitur  
num cui non subest ra  
tio*

¶ Quod grāmatica ſit vnica, non duplex. Cap. I.



VONIAM res, de qua agimus, primū  
ratione, deinde testimoniis est comprobanda. nemo mirari debet, si magnos interdū viros non sequamur. Nam quantacūq; auctoritate quis mihi grāmaticus polleat, nō

ego in præceptis eius opinioni suffragabor, nisi ratione exemplisq; propositis eam confirmarit. Grāmatici enim, ut inquit Seneca, sermonis Latini custodes sunt, non auctores. Quintiliano tantum ego tribuo, quantum Latine lingue proceribus tribui par est. Si uerō dum grāmatici ſuntur officio, tantum ei, quantum probauerit, tribuam. Nōne Cicero ipse ab Attico in grāmaticis reprehensus, primū ratione, deinde antiquorū testimoniis se defendit? Sed si uerum ingenue fateri liceat. Quem grāmaticorū non decepit Quintilianus, dum capite quarto & nono primū grāmaticam in Historicen & Methodicen diuisit? Rogo te, doctissime Fabi, quam tu historicen uocas? Eam, opi-

*illud ex regula*

F nor,



FRANCISCI SANCTII MINERVA

nor, quæ omne scriptorū genus excutit, quæ nec citra Mū-  
sicen potest esse perfecta, nec si rationem siderum ignoret,  
quæ nec sit ignara philosophiæ, cui eloquentia quoque non  
desit. Omnes igitur facultates grammaticæ ancillantur.  
Vbi ea grammatica est? Quis eam conscripsit? Vnde hanc  
reginam artium petemus? Sed tu fortasse figuratè loque-  
ris, & professorem grammatices intelligis, dum gramma-  
ticam nominas. Nihilominus tamen alios errare fecisti.  
Nos denique cum doctissimis uiris tenemus: artium usum  
coniunctum esse oportere, artes uerò ipsas separatim  
tradendas.

¶ Doctrinam supplendi maximè ne-

cessariam esse.

Cap. 2.

Sed antequàm ad alia transeo, illud uidetur refutan-  
dum, quod ab imperitis Latini sermonis passim iacta-  
tur. Molestè ferunt isti ad ellipsin ferè cuncta referri, quæ  
nostra doctrina est. Sic enim disputant. Si nobis liceat, quæ  
uolumus, supplere, nulla unquam erit incongrua oratio:  
nam. Ego amo Dei. & Ego amo Deus, Latine sunt ora-  
tiones: ibi etenim deest, præcepta, hic, quæ præcepit. Respō-  
deo primùm illos esse indignos responsione, qui sensu com-  
muni careant, & Latinam linguam penitus ignorent. De  
inde affirmo elegantiores esse orationem, in qua nonnul-  
la desiderentur. Sed illa tantum supplenda sunt, quæ quoti-  
diana & familiaris loquendi consuetudo faciliè potest in-  
telligere. Nec ulla linguarum est, quæ non breuitate gau-  
deat. Quod uel ex numeradi ratione in quolibet idiomate  
colliges. Latine dicimus, debet decies, aut decies cetera: cū  
integrum sit, Debet decies centena millia sestertiū, num-  
mū.

Suet. Cæs. 9. Trucidatis quos placitum esset.

Teret. Rectū est, ego ut faciā: non, ut deterream.

## SEV DE LATINAE LINGVAE CAUSIS.

mum. In omni quoque cōparatione multa desunt: ut, Terē-  
 tium aiunt grauiorem esse quàm ceteros comicos: deest,  
 esse graues. Item, Digitorum medius est longior: integrum *Cic. 7. exist.*  
 est, ex numero digitorum medius digitus est longior, quàm *ut eius rei*  
 ceteri digiti sint longi. Horat. Si meliora dies, ut uina, poē-  
 mata reddit. Ordo est. Si dies reddit poēmata meliora quā *tu cupidior*  
 antea erāt, ut dies reddit uina meliora quàm antea. Quid *is, quam ego*  
 insulsius? Quare appositè inquit Horatius Saty. 10. primi *sum.*  
 Est breuitate opis ut currat sententia, ne se impediatur *illud de*  
 bis lassas onerantibus aures. Et Quintilianus lib. 9. capi. 3. *Aspasia*  
 Quæ per detractionem fiunt figuræ, breuitatis nouitatisq;  
 maxime gratia petuntur: & cetera quæ subiecit in illo lo-  
 co. Iam uerò, quid leporis habebunt tot prouerbia, si in-  
 tegra referantur? Lupus in fabula. Ad fractam canis. Ne  
 futor ultra crepidam, & illa obscuriora. Posterioribus  
 melioribus. Inter casa & porrecta. Manum de tabula. Et  
 sexcenta hoc genus. Quid quòd præpositiones ita solent  
 subtereri, ut rusticum aliquando sit eas apponere. Age  
 uerò, non ne multa suppleantur, quæ si exprimantur, bar-  
 bari notam non effugies? quale est cum participium  
 ENS intelligitur: ut, Nate, meæ uires, mea magna po-  
 tentia solus, scilicet, ens. Cice. Hos ego uideo consul. Idem.  
 Mihi consuli designato. Idem. Me consulem interficere  
 uoluisti. Liuius. Annibal peto pacem. Quæ omnia impe-  
 riti ad nescio quam euocationem aut appositionem refe-  
 runt. Præterea quid supplebis in huiusmodi formulis?  
 Tuas spes non curo, quibus me allicis. Tua uideo ora, quo-  
 rum aspectu delector. Vim mihi intulisti, cui ego resiste-  
 re nequeo. Tuam uicem doleo, quæ me excruciat. Sustuli

de hac re vide seximum  
lib. i. georg. tm  
lus et assurgit

duos liberos, unum hic, alterum Salmantica. Præstantissimi-  
mum ius est augurum, eorum quæ sunt in rep. Curtius. Ma-  
re Ponticum dulcius cæteris. Cic. Ille uerò te putabat quæ-  
siturum unum cælum esset, an innumerabilia. Si quis de  
hac ellipsi plura uolet cognoscere adeat diligentissimum  
Thomam Linacrum lib. 6. de constructione, & Laurentium  
Vallam. lib. 1. cap. 19. & lib. 3. capit. 47. & nostrans  
ellipsin.

¶ Partes orationis esse sex, in quibus pro-  
nomen non adnumeramus. Cap. 3.

**P**artes orationis sex esse statuimus. Non quòd nescia-  
mus participia nihil à nominibus differre, & præpo-  
sitiones sub aduerbiis intelligi. Sed claritatis gratia sex ma-  
luitus, quàm pueris quatuor proponere. Et de numero  
quidem partium uariè sensisse antiquos testis est Quinti-  
lianus lib. 1. cap. 4. Nebrisensis octo primùm constituit, de  
inde duas addidit Gerundia & Supina. Nos pronomini lo-  
cum non inuenimus. Siquidem nec natura, nec attributis à  
nomine differt. Nam si natura, ostende nobis finitionē. qua  
differat à nomine: bonam dico, nam quæ circumferuntur ri-  
dicule sunt & inanes. At dices, semper aliquid ostendit.  
Fateor. Vocetur ergo nomen demonstratiuū, ut compara-  
tiua uocantur: quia semper comparant: & relatiua, quia  
referunt: & numeralia, quia numerum denotant. Sed &  
cum puero traduntur præcepta de conuenientia nominū  
inter se, & nominis cum uerbo, non indiget noua doctrina  
de pronomine, cassa igitur & inutilis est tractatio prono-  
minis. Omnes insuper fatentur, pronomen esse uocem no-  
minis uicariā. Cur igitur uicarius potest efficere, quod do-  
minus

SEV DE LATINAE LINGVAE CAUSIS.

minus non potest: Nomina enim cuncta dicis esse tertiae personae, nulla primae aut secundae: at uero Ipse, ipsa, ipsum, est omnium personarum: efficitur ergo, ut uicarius sit domino superior. Sed ut semel, quod sentio dicam: Ego, Tu, Sui, Ipse, prima nomina sunt, et aliorum duces, et sui iuris, non enim aliorum norma declinantur, quod regum proprium est. Cetera omnia nomina ab his gubernantur, et his ancillantur. Vel hinc sumere licet argumentum. Quod si reliqua abolerentur, haec sola possent orationem ordinare: his sublatis reliqua erunt muta et manca. Interiectiones Graeci aduerbis adnumerant, quos sequimur. Nec me mouet Seruius, qui propterea dicit non esse aduerbia, quia uerbis non iunguntur: quasi solius aduerbij, sit uerbis coniungi.

¶ De numero persona, casu. Cap. 4.

**N**umerus melius diuidit partes inter ipsas, quam declinatio. Nam declinatio posterius quid est, et ex numero, genere, et casu constat: et in recto non est declinatio, sed in obliquis.

Personam nomina non habent, sed sola uerba. Dicuntur tamen nomina primae, aut secundae, aut tertiae personae, non quia uerbalibus personis flectantur, sed quia conueniant.

Casus, auctore Quintiliano lib. i. cap. 4. septem enumerantur. Querat etiam (inquit ille) sit ne apud Graecos uis quaedam sexti casus, ut apud nos quoque septimi. Na cum dico, hasta percussus, non utor ablatiui natura. Haec ille. Eodem ego argumento addam octauum, ad significandum modum: ut, lento gradu mouetur. Addam etiam nonum, ut significem tempus: ut, ueni hora prima. Quis enim non uidet diuerfos esse loquendi modos: Facesse a me: percussus ha-

fractento gradu: hora prima? Quare melius erit hæc omnia per solum ablatiuum enunciare, quàm tot casus con-  
stitueret. Contra Fabium sentit Priscianus libro. 5. capi.  
de casu.

¶ De deminutis contra Vallam. Cap. 5.

**D**eminutio (inquit Fabius lib. 1. capi. 6.) genus tantum  
detegit. Quasi dicat. Quoties dubitaueris de genere  
(nam declinationem non ostendunt deminuta) recurras li-  
cet ad deminuta: nam finem masculinum esse, funiculus  
ostendit. Hanc ueram regulam nugis armatus, ut solet, co-  
natur euertere Valla lib. 1. cap. 5. Illum ego suis exemplis  
iugulabo. Pes pedis, pro uestigio & pro capitis uermiculo  
capitur, ab utroq; significatu fit pediculus: pedunculus bar-  
barum est, A cucco fit cuculus: à cicera cicercula, non à ci-  
cere, ut ille somniat: ab aure, pro ipsa cartilagine (teste Ci-  
cerone & Casare) auricula: ab acu pro calamistro, acicu-  
la: à terebro, terebellum, ut, à terebra terebella. Sæpe ta-  
men auctores formare solent deminuta per quandam simi-  
litudinem: ut, auunculus, quasi paruus auus, auctore Festo  
& Paulo iuriconsulto. Murenula pro muuli pieturato.  
Musculus pro parte corporis, quæ etiam piscis dicitur, Hi-  
spanè nurexillo, quasi paruus mus. Geniculum pro nodo  
in herbis. Iugulum pro osse in pectore in modum iugi. Cun-  
niculus, quasi paruus cuneus: quia terram perforat. Ranun-  
culus non est parua rana, sed quod Hispanè dicimus Rana  
quajo. Nomina, quæ à uerbis ducuntur, deminuta non  
sunt, licet appareant: ut, spectaculum, umbraculum, noua-  
cula à nouando, macula à maculando, baculus & baculum  
à batuendo, à quibus bacillus & bacillum, sic curriculum,  
amiculæ,

Wid. Ramon pag. 113.

& Donatū pag. 397.

Martial. lib. 5. Nec mu-  
niscula parua, nec minora.

SEV DE LATINAE LINGVAE CAUSIS.

amiculum, conuenticulum, cubiculum, ridiculus. Nomina in Aster nec diminuta dici debent, nec similitudinem denotant, sed potius augmentum cum irrisione. Nam quod Hispanè dicimus fardazo, truhanazo, pinazo, caluazo, Latine dicitur, surdaster, parasitaster, pinaster, recalaster. Nec obstat quod Terentius dixit, parasitaster paruulus: nam alterum etatis est, alterum officij. Vbi etiam fallitur Valla credens demi. utis addi non posse diminutionem. Cic. Minutis interrogatiunculis. Terent. Pisciculos minutos. Plin. Oficula parua. Caesar. 3. ciuil. nauiculam paruulam.

¶ Verbum impersonale & infinitum idem esse, & quòd nulla sint verba neutra. Cap. 6.

**D**iuisissimus uerbum omne in Personale & impersonale siue (quod idem est) Finitum & infinitum. Quia illa differre dicuntur, quæ natura differunt. Quare Amare & amare non sunt idè uerbū, sed diuersa. Quia illud finitum est: id est, habet diffinitos numeros et personas <sup>et tempora</sup>, hoc nec numeros nec personas <sup>ne tempora</sup> determinat: illud habet semper ante se nominatiuum, hoc semper acusatiuum. Quid quòd infinitum nec tempora quidem finit, ut mox dicemus.

Verba cuncta secamus in actiua & passiua. Quia deponentia actiue significant. Nec ideo appellantur deponentia, quia sint genus diuersum, sed quia deposuerunt passiuam significationem: olim enim erant communia. Nunc uerò communia nulla sunt. Nimis enim antiqua sunt illa, o domus Anti, quam dispari domino dominariis & illud Sallustij, quod sine sanguine ulcisci nequit. Neutra uerò uerba nulla sunt, sed nec ullo modo esse possunt, Philosophia enim: id est, recta & incorrupta ratio, nullum

Vide Bris. h. 8. pag. 89. & 91.

nullum concedit medium inter Agere & pati. Omnis namq; motus aut actio aut passio est. Imò re uera actio & passio non differunt nisi ratione quadam, sicut acclue & decliue. Quare quod in rerum natura non est, ne nomen quidem habebit. Nihil enim agēs (inquit Cicero, 2. Acad.) ne cogitari quidem potest quale sit. Præterea si in uerbis, quæ uocas neutra, personam agentem concedis, cur nõ etiam patientem? Nam qui agit, in rem aliquam agit: alio qui pugnantiã dicis, agit, & nihil agit. An nescis oẽ causam producere effectum? Et effectum non constare sine causa? Itaque, currimus cursum, & cursus curritur à nobis, in tegra oratio est. Sed antiqui grãmatici philosophiã ignari neutra uerba constituerunt, quæ nec actiue nec passiuẽ significarent: quia discernere nequibant caleo, frigeo, stupeo, passiuus ne an actiuus adnumerarent. In his uerò & si milibus accusatiuus eiusdem rei intelligitur, ut patebit inferius. <sup>cap. 21. 22. 23. de transitiua, & passiuis.</sup>

¶ De modis & temporibus. Amare, legere omnium temporum esse. Fore & esse nihil differre.

Cap. 7.

**M**odus non est uerbi attributum, nec uerborum naturam attingit, sed (ut diximus) explicatur per ablatiuum: ut, mea sponte, non tuo iussu feci: aut per aduerbias: ut, bene currit, utinam uenias, si ueneris, cum ueneris. Et inutilem esse doctrinam modorum argumento est uaria super hac re grammaticorum sententia. Alij enim uocant modos, alij diuisiones, alij qualitate, alij status. Deinde alij sex, alij octo, alij tantum quatuor constituerunt. Siquidem & deprecatiuum & Potentialem, & permissiuum, et pro-

missiuũ.

Charisius lib. 2. cap. de  
 Verbo. Ergo actiuũ  
 sine passiuo non est  
 neq; passiuũ sine actiuo  
 Nam ubi est qui facit,  
 necesse est ut sit qui  
 patitur.  
 Nobriss. in 3. agenda vel  
 patiendi significatiua. uide  
 illu in comẽt.

uirtus amore, & ar  
 det amore, idem sunt  
 sed in hoc differt se.



SEV DE LATINAE LINGVAE CAUSIS.

missium reperio a diuersis additos. Iam quis non uidet esse falsam doctrinam, cum indicatiui modi esse dicuntur amabam, & amaueram? Nam cum dicis, Cicero scribebat, Cicero scripserat, suspensum habes auditoris animum, donec uerbo alio sensus ipse absoluator. Itaq; coniuuctiui potius uerbum est amabam, quam indicatiui: nihil enim solo uerbo eiusmodi indicatur. Confusam modorum doctrinam latius exagitat Petrus Ramus in scholis Grammaticis, qui tempora tantum in coniugatione disposuit, quae sequimur.

Tempora finiti uerbi undecim facimus: duo praesentia, duo imperfecta, duo perfecta, totidem plusquam perfecta, futura tria. Et tempora quidem alia pro aliis eleganter ponuntur. Sed praecipue notandum omnia tempora secunda eleganter pro futuro posse poni. Id sigillatim constitui probare.

Amem, doceam adiuncta particula, Quum, praesentem ~~habent~~ purgamine ~~interem~~ <sup>laeuum</sup> significationem habet. Horat. Cum tot sustines & tanta negotia solus. Aliquando cum eadem particula futurum est. Virg. Cum facia uitula pro frugibus ipse uenito. Optato duplex futurum inuimus, propinquius: ut, Martial. Tabescas utinam sabelle belle. Idem. Pereat qui crastina curat. Remotius: ut, Cic. Utinam aliquando dolor populi Ro. pariat, quod iam diu parturit. Idem Atti. De qua utinam aliquando tecum loquar. Particula, Si, futurum denotat. Terent. Tu si hic sis, aliter sentias. Idem. Si sumas in illis exercendis. Idem. Si omnes omnia sua consilia conferant, atq; huic malo salutem ferant, auxiliij nihil adferant.

Amarem, docerem, passim in futuro inueniuntur: quare uno loco Terentiano contentus ero. Seni (inquit) anti-

G man

animam primum extinguere ipsi, qui illud produxit se-  
 culus. Tum autem Syrum impulsorem, uah, quibus illum lace-  
 rarem modis? Sublimen medium abriperem, & capite pri-  
 mum in terram stauerem, ut cerebro dispergat uiam.  
 Adolescenti ipsi eriperem oculos, posthac precipitem da-  
 rem. Ceteros ruerem, agerem, raperem, tunderem & pro-  
 sternerem. Si optamus, futurum sepe est.

Amauerim, docuerim. In futuro hæc adnotauit. Terent.  
 Ea lege atq; omine, ut si te inde exemerim, ego pro te mo-  
 lam. Idem. Ne mora sit, si innuerim, quin pugnus conti-  
 nuo in mala hæreat. Idem. Vbi siquid paululum te fuge-  
 rit, ego perierim. Liuius lib. 7. In iussu tuo imperator ex-  
 tra ordinem nunquam pugnauerim, non si certam uicto-  
 riam uideam. Sallust. De his haud facile compertum nar-  
 rauerim. Tacitus in Agricola. Ego facilius crediderim  
 naturam margaritis deesse. Columella lib. 2. cap. 20. Non  
 affirmauerim. Apud poetas sæpius. Virgi. Nec uos ar-  
 guerim Teuceri. Tibull. libro. 3. Nec tibi crediderim uo-  
 tis contraria uota. Propert. lib. 3. Sic ego non ullos iam  
 norim in amore tumultus, Nec ueniat sine te nox uigi-  
 landa mihi. Cice. Phil. 2. Citius dixerim iactasse se ali-  
 quos.

Amauissem, docuissem. Caesar. i. Gall. Nonnulli etiam  
 Casari nuntiabant, cum castra moueri, aut signa ferri ius-  
 sisset, non fore dicto audientes milites. Cic. 3. Off. de Ma-  
 rio. Si se consulem fecissent, breui tempore aut uiuum aut  
 mortuum Iugurtham se in potestatem populi Ro. redactu-  
 rum. & sub finem libri, At ille ut ingressus est, confestim  
 gladium distrinxit, iurauitq; se illum statim interfectorum,  
 nisi

*uidetor sperare debere si te in-  
 derim? Cic. 9. epist. gell. id. cap. 2.*

Marthal 6. Ludus erat fallere, et excuisse. lib. 6. 44. Festine credis 42  
locari, et permaduisse. lib. 1. 108. condere tantum et eripuisse. lib. 6. 52.  
refecare excolvisse.

SEV DE LATINAE LINGVAE CAUSIS.

iusturandum sibi dedisset, se patrem missum esse facturum;  
Horat. Dispercam ni submosses omnes. Cice. Trebatio.  
Rescripsi quam mihi gratum esset futurum, si quam plurimam  
in te studij, officij, liberalitatis contulisset. Virg. Verum  
anceps fuerat belli fortuna, fuisset.

Infiniitū uerbū quemadmodū nec numeros nec personas  
fuit, ita nec tempora: nā amare omniū temporum est, sicut  
etiā amauisse: ut uelim uidere hominē, uel uidisse hominē.  
Memini somniare et somniasse. Exempla de preterito.  
Virgi. De calo tactus memini praedicere quercus. Ho-  
rat. Memini quae plagosum mihi paruo Orbilium dicta-  
re. Plaut. Epid. Non meministi me in aurem ad te asserre  
natali die? Terent. Forma bona memini uidere. Quod  
ualla consinxit de uerbo memini, merum est somnium. Ho-  
rat. Dictus et Amphion Thebane conditor arcis saxa mo-  
uere sono testudinis et prece blanda ducere quō uellets  
Idem. Plorauere suis non respondere fauorem speratum  
meritis. Cice. in Valerium. Marius, cum a senatu ex ur-  
be repulsus esset, ea quae in eum falso constata fuerant, di-  
lucre uoluit. Quid ita? Quia se sine scelere fore intellige-  
bat. Rursus. Quanto robore animi is semper extiterit, qui  
uitam sibi integram fore intelligit, difficile dictū est. Idem  
i. inuent. Ex qua conficitur, ut certas animo resteneat au-  
ditor, quibus dictis peroratum fore intelligat. Exem-  
pla de futuro. Plaut. Cass. Lepidē dissimulanti fore hoc su-  
turum. Cice. Atti. Deinde addis, siquid secus, te ad me fore  
uenturum. Idem pro Mil. Nihil horū uos uisuros fore. Li-  
uius dec. 4. lib. 7. Aut sub pellibus habendos milites fore. Et  
libro. 6. Eō quoque mittendos fore legatos. Et libro. 8. Non

Cic. Eo die nos quoque multa  
uerba fecimus, maximeque uisi-  
sumus, seruatim et a monte  
Catali. ad Marium.

Quale ferunt Graeci. Peres  
propter amaram Siccarū  
emulsa pingue ualuda solū.  
Quod quondam casis motis

P. Consentius Romanus sicut.  
Qualitas uerborum aut finita  
est, aut infinita. Finita est  
quae notat certam personam,  
certum numerum, certum tempus.  
ut, lego, scribo. Infinita est in qua  
haec uersa confusa sunt: ut, lego.  
Legere enim et ego, et tu, et ille  
potest. Item legere et unus et  
plures dicuntur. Item legere  
etiam possum hodie, et heri  
potui, et tunc potero. Quoniam  
ergo haec neque personam, neque  
numerū neque tempus certum desi-  
nunt, et ubiq; natura simplicia  
eodem modo respondent, infinita  
dicunt.

Cic. Tis. spero ex tuis  
litteris tibi melius  
esse.

Plaut. Aul. eodem modo serui uerum esse  
amati hero aquū censo.

Val. Max. lib. 2. 1. cap. 6. Namque eius aspectu pauidi ad huc milites,  
pristinā recuperare fortitudinem admoniti: cael.

Cic. lib. epist. 4. uidimus aliquoties secūda pulcherrime referre fortunam  
magnumq; ex ea re te laudē aduicū: fore aliquando intelligamus  
aduersa quoque te aequē ferre posse

Cicer. lib. 7. epist. 8. esse, & fore, & infine 2. orat.

FRANCISCI SANCTII MINERVA

id Corneliae magis familia, quam urbi Romana fore eru-  
descendum. Hæc contra Vallam lib. 1. cap. 26. Cic. Att. lib.  
1. Cetera spero proluxa esse. Et lib. 7. Spero etiam in præ-  
sentia pacem nos habere. Idem. 2. Famil. Mibiq; scito in di-  
es maiori cura esse dignitatem tuam. Idem in Valer. Hi,  
cum se à tanto squalore unius morte liberari intelligeret,  
omnia ei peragere promiserunt. Plinius Adiciit miracula,  
qua indicasse conueniat. Cato rei rust. cap. 5. Nequid emis-  
se uelit insciente domino, neu quid dominum celauisse ue-  
lit. Et infra. Chaldaeum nequem consuluisse uelit. Horat.  
Nequis humasse uelit Aiaceum Atrida uetas cur? Hoc ta-  
men discrimen inter amare & amauisse reperio, quòd cū  
uerbis ad famam pertinentibus illud præsentis, hoc præte-  
riti est, ut, audio, ferunt, rumor est regem uenisse, dicunt re-  
gem uenire. Amari in passiuâ omnia tempora designat:  
ut, uoluit diligi, uult diligi, cupiet ab omnibus diligi. De  
amatum ire uel iri postea dicemus.

Cic. Timoni. Spero ex tuis  
litteris tibi melius esse. Cuius  
quidem certe idem pro  
Moral. quam et si spero  
esse falsam.

Odissa, meminisse, coepisse  
necessario sunt omnium  
temporum sine discrimine

¶ Singula participia omnia tempora adsigni-  
ficant, rectèq; dici lecturus ero. Cap. 8.

Romus pag. 281.

Est capitulo se passe  
al trigésimo

**P**articipia non dicuntur quòd partem capiant à nomi-  
ne, partem à uerbo, sed quòd partem tantum à uerbo  
capiant, nomina etenim sunt uerbalia, & omnia nominis  
habent attributa.

Amabilis, affabilis,  
penetrabilis.

Amans omnium temporum est. Terent. Sed postquam  
amans accessit precium pollicens. i. accessit, & pollicitus  
fuit. Idem. Vltro ad eam uenies, indicans te amare. i. ue-  
nies & indicabis. Cicero Cælio. De prouincia decedens,  
questorem Cælum præposui prouinciæ. i. cum decedere  
uellem. Plaut. Amph. Amphitruo cum uxore modo ex ho-  
stibus

SEV DE LINGVAE LATINAE CAUSIS.

stibus adueniens uoluptatem capit. i. postquā aduenit: nam  
 in itinere uoluptatem cum uxore non capiebat. Terent.  
 Phor. Offendi adueniēs quicū uolebam collocatam filiā. i.  
 postquam adueni. Plin. lib. 21. cap. 3. Inde eductum ē custo-  
 dia bibere iussit illico expirantem. i. qui statim spirauit.  
 Idem. lib. 8. Tunc apri inter se dimicant indurantes attri-  
 tu arborum costas. i. postquam indurauēre: nam dimican-  
 do non indurant. Plaut. Bacch. Credo hercle adueniens no-  
 men commutabit mihi. i. cum aducnerit. Cicer. Balbo. Nec  
 dubito quin te legente has literas confecta iam res futura  
 sit. i. cum leges. Virg. Turnum fugientem hęc terra uide-  
 bit? i. qui fugiet. Est ubi hoc participium conatum quen-  
 dam significat. AEnei. 6. Agnouit pauitantem, et dura te  
 gentem supplicia. i. qui conabatur tegere: nam tegere non  
 poterat truncis manibus. AEnei. 2. Et terruit Auster. eun-  
 tes. i. ire uolentes. *En. 9. Nec nos via fallit euntes. i. si ire conemur.*

expira

Amaturus in presenti Virg. Nec moritura tenet cra-  
 deli funere Dido? Idem. Testatur moritura Deos. i. mo-  
 riens. Nō enim significat quōd aliquando morietur. Nam  
 sic nulla esset amplificatio, sed quod Hispanē dicimus, estā  
 do muriendo, o para morir. Nam cum uerbo uariatur si-  
 gnificatio participij: ut, nisi tibi pauca carmina, plura mis-  
 surus si fuisset otium, plura missurus cum fuerit otium. Se-  
 neca epist. 19. Ingeniosus ille uir. fuit magnum eloquentie  
 Romanæ daturus exemplum, nisi eneuasset felicitas. i. qui  
 dedisset. Plin. lib. 3. epist. Librum, quo nuper optimo princi-  
 pi gratias egi, nisi exigenti tibi, missurus etiam, si non exi-  
 gisses. i. quem misissem. Cic. Phil. 4. Non sine exitio nostro  
 futurum Antoniū reditum fuisse. i. fuisset. Idem. Fin. 5. Ne  
 G iij manum

*immortē ante pedes  
 hydrū moritura  
 puella non uidit.*

*Fui daturus Terēt Hea  
 Cic. p. Mar. Quod si rex tu  
 immortalē C. Cesar. fē  
 exitus futurus fuit, v.*

*Hinc colligimus participiū in Rus vel dus ad significare  
 omnia tempora q̄ varijs temporibus inuoluntur. ut  
 dicturus fui, dicturus eras, dicturi fueramus, dicturus  
 ero. sic dicēdū fuit, erat, ero sū.*

manum quidem uersuros fuisse. i. uertissent, aut uerterent.  
 Hac si intelligeret Valla lib. 1. cap. 26. non negaret duo fu-  
 tura posse coniungi. Martial. Mergite me fluctus, cū redi-  
 turus ero. Cic. in Rhet. Demonstraturi erimus. Idē. i. Orat.  
 Erit acturus. Ouid. Tu procul absenti cura futurus eris.  
 Metam. 13. Siquis fortē Deum doliturus erit. Propert. Et si  
 quid doliturus eris. sim testibus illis.

Amatus, omnia tempora ad significat: non enim præte-  
 ritum est, quod grammatici mordicus tenent. Qui cū  
 constanter conueniant in hoc, quod omnia uerba in Orca  
 reant præteritis, eorundem est etiam illud commune pe-  
 riphrafin ex hoc participio & uerbo, Est, substituere.  
 Quod nos in coniugatione non fecimus. Quia illud ad syn-  
 taxin spectat, & ad nominis & uerbi conuenientiam.  
 Aliud est de singulis uocibus præcipere, aliud syntaxin do-  
 cere. Causam autem, quare hoc participium magis uideat-  
 ur præteriti, quàm alia participia, ostendit Priscianus li-  
 bro. 8. de cognatione temporum. Maxima (inquit) tempo-  
 ris pars iam præterit, uel futura est, excepto sum uerbo,  
 quod ~~ut ex tunc~~ Græci uocāt, quod nos possumus substan-  
 tiuum nominare. Id enim omnium semper est perfectissi-  
 mum, cui nihil deest. Itaque præteriti quoq; perfecti uim  
 habet: quod ostenditur, quando participiis præteriti iun-  
 ctum officio fungitur præteriti perfecti per passiuorum de-  
 clinationem, uel simultum passiuis. Hæc ille. uide Gellium  
 lib. 17. cap. 7. Deniq; cum uerbo Est, hoc participium præ-  
 teriti uidetur esse prope semper: sed cum aliis uerbis clarè  
 ostenditur omnium temporum esse: ut, iussus feci, iussus fa-  
 cio, iussus non faciam. Cic. Trebat. Cū ille tardior tibi  
 erit

Terent. Vtinā aut  
 hic surdus aut hoc  
 muta facta fiet.

Plant. Menech. Non  
 hercle is sū, quis sū,  
 nī hāt in iuria nvl-  
 tus fuero.

SEV DE LATINAE LINGVAE CAUSIS.

erit uisus, perfero. Ibidem. Gratiſſimum igitur mihi feceris, ſi ad eum ultro uenies, eiq; pollicitus eris. Iuuenal. conuerſo pollice uulgi quemlibet occidunt. i. cum conuertunt. Caſar. i. Gall. Nam eſi ſine ullo periculo legionis delecta commiſſum cum equitatu praelium fore uidebat. i. quod poſſet committi. Plin. lib. 2. Lacus ad margines plenus, neque exhaustis aquis minuitur, neq; inſuſis augetur. i. ſi exhauriantur, ſi inſundantur. Idem. An iſum ſtrangulationes uuluae, ſi manducetur, ſedat. Et mox. Portulaca aliàs manducata refrigerat inteſtina. Potuiſſet in utraq; parte uti participio, uel uerbo.

Val. Max. Prodigiorū quoq; quae aut aduerſa aut ſeūda aciderunt, debita propoſito noſtro ratio eſt. i. debetur.

contra uoluntatem  
condemnamus

Amandus: non ſemper eſſe futuri ſubindicat Valla lib. 1. cap. 27. Neſcio (inquit) an dicendū ſit, gerundiū eſſe participiū praſentis temporis more Graecorū. & infra. Vnde indicatur gerundiū eſſe participiū praſentis. Clarius Dōnatus in illo Terētij, uix ſum apud me, ita animus commotus eſt metu, ſpe, gaudio, mirādo hoc tanto tam repētino bono. Mirādo (inquit) id eſt, dū miror, et eſt participiū. Virg. Voluenda dies en atulit ultro. i. quae uoluitur. Iuuenal. 10. Pronida Pōpeio dederat Cāpania febres optandas. i. quas optare debuerat. Cic. Sed res multis querellis de republica interponendis tranſacta eſt. i. quae fuerūt interpoſita. Plin. Abſtinui à cauſis agendis. Terent. Quod in opere faciundo, operae conſumis tuae. i. quod ſit.

Suet. Nunquam aut hitoria carminibus cognoſcendis operam uillam aut ſtylo uel neceſſario dedit.

Cic. orationem aut Latinam efficias proſecto legendū noſtris plenioram.

Idem. Tollendam eſt igitur ex rebus contrahendis omne mendacium. i. quae contrahitur.

Idem. Quid tam difficile quam in plurimorum controuerſis iudicandis ab omnibus diligi?

Cic. 2. Acad. In eodem tanto prudentia fuit in contrahend temperadiq; ciuitatibus, tanta equitas, ut hodie ſer Asia Luculli miſeris his ſeruandis et quaſi reſtigis perſequendis.

¶ De genere nominum, & quod ſex tantum nomina ſunt communia duobus. Cap. 9.

Extantum nomina communia duobus reperio, Anſiſtes, uates, ſus, bos, canis, ſacerdos. Nam homo latro, ſur, agricola & ſimilia, quanuis de foeminis etiam

G iij dici

Ouid. 13. Met. Miſtor er ad matrem qua non hortanda ſed aſtu decipienda fuit.

Cic. 8. Mareal. contraq; ſuma laus q; pluriq; minime timereū fuiſſe ſenſerunt.

Adde verba *viris*, de adiectiuis.

dici posse fateor, non propterea sunt communia duobus: quia adiectiuis foeminiis non possunt adherere. Licet dicere, hic est homo, & haec mulier est homo: non tamen dicis, uidi hominem pulchram, nec furem malam, nec bonam agricolam. Sed de muliere dices, haec est miles strenuus, optimus agricola, bonus testis, dux optimus. Imperiti statim nobis obiiciunt illud ex Ciceronis epistolis, Memineris quia homo nata erat. Indigni sane responsione. Nonne eodem modo dixisset, quia nata erat animal? Magis urgebat illud Plauti ex Cistell. Ita metus nunc utrobique me agitat illos hominis miser & misereri. Sed locus corruptus est, & sine sensu. In manu scripto codice & in nuper emendatis ita legitur. Utrobique me metus exagitat, illo sunt homines misereri.

Vide Pierium in illo

Virg. 3. Aen. Equae iam paruo est amissa cura parentis.

Cic. pro Cluēt. Cuius caere misereri.

stultitia, ut eam nemo hominem appellare possit.

Sed & secunda succurrit ratio, quam cap. 5. ex Quintiliano praefiximus. Deminutio genus detegit: nam finem masculinum esse funiculus ostendit: ergo & hominem & latronem masculina tantum esse homulus, homunculus & latrunculus ostendent.

Vide Scalig. qui vidrix facit adiectiuum

Quaedam tamen alia nomina inueniuntur, quae quia masculinis & foeminis adaptantur, uidentur usu communia: sunt tamen, si naturam inspicias, adiectiua. Haec sunt ciuis, parēs, coniux, adolescens, infans, iuuenis, senex, pauper, & pauca huiusmodi. Esse adiectiua uel hinc collige, quod multa formant comparatiuum: & comparatiua non formantur nisi ab adiectiuis. Sed et testimonia accipe, quae facile probant esse adiectiua. Terent. Paululum est uirginem uitare ciuis? Quid. Terra parens quondam ira irritata deorum. Apuleius de mundo. Quinq; coniuges copule his ordinatae uicibus

Quid. 5. Fast. Quem supra seruauit, manus hunc temeraria uinis perdidit.

Iam illa pauper, diues, sospes, memor, custos, inquires.

Virg. pauperis tugurij. Vale. Max. Diues regnum. Hieronymus. Diues in iudaea templum. Lin. Irachus testamentum. Iuuenal. 13. Deposita tibi sospes erit. Virg. 4. numen, iustum memorq; preatur. Idem. 4. Fatis auctoribus. Virg. 9. Nulla dies unquam membris vos eximet auro. Iuuenal. saxis cineris custodia. Quid. Triaspide teli. Lucan. impetumq; comas. inquires ingen. Sallust. Linus.



SEV DE LATINAE LINGVAE CAUSIS.

cibus attinentur. Terent. Adolescens mulier fecit, mater quod suasit sua. Horat. Infans nāq; pudor prohibebat plura profari. Ouid. infantia guttura. Ouid. 7. Metam. Iuuenes annos. Terent. Non puduisse uerberare hominem senem. Politianus Manto. Senibus celebrabere saeculis. Virg. Pauperis & tuguri.

Cic. q. Sylla. cum uictorum in funtū uenisset in mentem Catull. fama loquetur anus. idē. caria loquetur anus.

Inferiora ferē] Sensus est, nomina urbium, montium, fluiuiorum, & quae sub genere aliquo continentur, suum proprium habent genus terminationis, sed frequentius ad generale nomen respicimus. Verbi gratia, Sulmo & Narbo masculina sunt, sed aptè dicas, Sulmo gelida, & barbara Narbo: quia intelligitur urbs. Omnia nomina fluiuiorum & montiū finita in A, foeminina sunt: ut, albula, Cinga, Garumna, Allia, Sequana, Ida, Ossa, Aethna. Sed reperies haec masculinè posita: quia subintelligitur fluiuius uel mōs: ut, Bagrada lentus, Summus Ossa, Sicanus Aethna. Sic Eunuchus, Ajax, Orestes etiam pro fabulis poëtarū masculina semper sunt, sed cum fabulam intelligimus, licet dicere, Eunuchus Terētiana, Sed scias semper id fieri figuratè. Bubo masculinum est: at Virgilius dixit, Sola bubo, supple auis: ut apud Ouidium, Martia picus auis. Plinius, Dictamnium pota sagittas pellit. Idem, Lauer contrita. At uerò dictamnium & lauer neutra sunt, sed ibi intelligitur herba. Idem dicendum de nominibus arborum, nisi quòd iam longo usu (paucis exceptis, quae terminationes sequuntur) foeminina uidentur, cum tamē semper subintelligatur arbor: ut, Delphica laurus. s. arbor. Non auderem dicere, magnos pinos, propter inueteratum usum, contendo tamen sic dici debere. Ennius dixit, Capitibus nutantes pinos, rectosq; cypressos.

Garumna de quo rā. Lucan. 2. Et damnata auis Romani. Allia casti. Ouid. Albula pota Deo Pinnifera Ossa dixit Lucan. Trinacria Aethna Virg.

pressos. De qua re uide Gellium lib. 13. cap. 19. & Nonium Marcellum. Plinius etiam lib. 16. cap. 10, loquens de pina- stro: easdem (inquit) arbores alio nomine esse per oram Italiae, quos tibulos uocant. Ecce tibulus masculino genere. Idem libro. 24. cap. 8. Loquens de platanis subdit, folia eorum tenerrima. Si cythisus arbor est, semper effertur masculinè apud Columellam libro de arboribus cap. 28. Et Græcis nihil est implicatius quàm genera nominum indagare, certè nomina arborum dubiè ponuntur. Theophrastus libro. 3. cap. 15. de historia loquens de buxis inquit. *ἡ δὲ βύξ ἡ μέγιστος*. i. pulcherrimi & maximi. apud eundem erineus & olinthos pro caprifico masculina sunt. Item, euonymus, & prinos. i. ilex. & lentiscus Græcè schinos, & terebinthus. & cenaros. i. unedo. & multa alia. Sed hæc de natura generis, nos usum retineamus, & nomina arborum, paucis exceptis, effertamus fœmininè. Acer mihi masculinum est, ut, oleaster, pinafter, pyrafter. Nam cum Plinius neutram facit acer, de ligno & materia loquitur, nõ de arbore. Et cum Ouidius dixit, de tabellis amatoriiis loquens: uite fuistis acer, sic dixit, ut, triste lupus stabulis, uel potius retulit ad lignum.

V M, neutrum ] Hæc regula, cum ad terminationes pertineat, huc tamen fuit aponenda, tum quia generalissima est, tum quia exceptio est proximè dictorum. Omnia siquidem nomina urbium, nauium, arborum, & appellatiua hominum in Vm: ut, scortum, mancipium sunt neutra. Nomina tamen propria uirorum & mulierum sub quocũq; fine suum seruant genus. Quare Murena, Stella, Musa masculina sunt, cum uiros significant.

Non

Catullus in carmine nuptiali. At si forte eadem est ulmo con iuncta marito. Linus, per maritas domos dixit. Ouid. luno neq; toris qua profidet alma maritijs.

45

SEV DE LATINAE LINGVAE CAUSIS.

Non uariata: ut, ador ] Substantiua omnia, quae non inflectuntur, neutra sunt: ut, literarũ nomina, quae si foemini-  
nè ponantur, ad literam respicimus. Sunt uerò hæc  
ferè.

Hippomanes, cacœthes, opus, gith, spinter. & in I.

Cepe, ador, & cete, Tempe, Argos, pondo, & Lader.

Nil, chaos, atq; nefas, epos, & fas, fritq; necesse.

Gausape, Preneste, foracte, Bibracte, rielosq;.

¶ De genere dubio quaedam expunxi: ut, cardo, panthera,  
latex, bubo. Panther masculinum est, à cuius accusatiuo,  
hunc panthera, fit hæc panthera foemininum. ut ab hunc  
cratera, hæc cratera. Bubo semper est masculinum. Vir-  
gilius dixit, sola bubo, sed retulit ad auem. Vide seruium in  
illo loco. Cardio & Latex ambigua esse probat Nebrissen-  
sis testimoniis Gracchi & Ennij, quorũ opera nõ extant.  
Ad hunc modum sexcenta ego conquirerem: nam, aère ful-  
ua citant ex Ennio dictionaria: & funis aurea dixit Lu-  
cretius. Sed hæc nimis antiqua. Culex masculinum est, sed  
Plautus semper foemininum profert. Quod si legisset  
Bartholomæus Scala posset sese contra Politiani insultus  
defendere, qui ex culice facit elephantum. Perdix, Græ-  
cis masculinum est: unde Politianus in Rustico aptè di-  
xit, Flet uiduus perdix. Calx pro parte pedis est ambi-  
guum, pro petra cocta foemininum tantum. Stirps pro  
trunco ambig. pro genere foemininum. Dies in singu-  
lari ambiguum in plurali masc. Canalis ambig. Vnde  
canaliculos & canalicula. Grus ambiguum, non com-  
mune. Barbitos ambig. barbiton neutrum. Multi affe-  
runt multa nomina Græca in VS pro ambiguis: ut, bi-  
blus.

blus, erēnus, costus, abyssus, cristallus. Sed falluntur, qui non aduertant hæc & multa alia nomina per On efferri quoq; ut, Abydon, nardon, coston. Vnde Virg. Et ostriferi fauces tentantur Abydi. Horat. Nardo perunctum quale non perfectius meæ laborauerunt manus. Martial. Nec labris nisi magna meis crystalla terantur. Et in sacris: fracto alabaastro. & Nardi pislici pretiosi. Alia quidem nomina sunt, quæ pro uario significato mutant genus: ut, axis pro ligno currus masc. pro quadam fera Indiæ fœm. Cenchris cenchridis pro tynnunculo aui fœm. Cenchris cenchris pro fera quadam masc. Lucan. Et semper recto lapsurus limite cenchris. Tyaras masc. tyara fœm. Seps pro serpente masc. pro uallo hortorum fœ. Tuber pro callo terra neut. tuberes pro fructu quodam Africo masc. Sed huius generis multa sunt.

As sit cum prole uirile] partes asis & cōposita ab asse in unum locum contuli, licet uariè terminentur. Partes sunt sextans, triens, quadrans, quincunx, semis, septūx, bes, dodrans, dextans uel decunx, deunx. Composita: ut, semissis, decussis, centussis.

Ex nominibus in X, expunxi merè Græca, quæ Latinis in usu non sunt. Mastix fœmininum est. Vide adagium, Coryrea scutica. & Vna scutica omnes impellit. & in euangēlio D. Marci cap. 5. Thominx (pro quo reposui thomex) fœmininum est. Vide adag. Contorquet piger funiculum. Pharinx & larinx ambigua sunt Aristoteli lib. & capi. 3. de partibus. Voluox in usu non est, sed conuoluulus: uide Plin. lib. 17. cap. ultimo. Vibix uibicis, non uibex contra omnes ferè grammaticos scripsi.

Hoc non intel  
lexit Erasmus  
in sueton.

SEV DE LATINAE LINGVAE CAUSIS.

¶ De nominum declinatione, & de anomalis contra Grammaticos. Cap. 10.

**I**N declinationum regulis ea ferè tantum traddo, quæ à paradigmatis discrepant. De abus, mulabus, equabus & huiusmodi sartagine loquendi ex prima declinatione reieci. Nam si dicas differentia causa factum, cur non etiam lupabus dicimus, & ceruabus, & vitulabus? Martialis dixit, gestari iunctis nisi desinis Hedile capris: quod à caper, an à capra sit, in dubio est. Tolerabilius est quod ait Sergius. Sciendum est (inquit) id fieri propter testamentorum necessitatem. Nos uerò sequamur optimos auctores. Cic. Duabus animus suis. Curtius lib. 3. Rati actum esse de domnis suis. Statius Achill. Charisq; para cõnubia natis, Quæ tibi. Columella lib. 6. Potest à tenero conuersatus equis, familiariter earum consuetudinem appetere. Plaut. Stic. Sed ego ibo intrò, & gratulabor uestrum aduentum filiis. Metam. 13. Et totidem natis. Hæc omnia testimonia de sceminis dicuntur. Apud Liuium lib. 4. dec. 3. corruptè legitur, Confugit cum duabus filiabus uirginibus. Quis non uidet uiolatam dictionem ab imperito sciolo? Cic. pro Rabirio antiquos imitatus dixit. A diis deabusq; omnibus pacem ac ueniam peto. Sed addam aurea Prisciani uerba de hac re. Multa alia quoque (inquit) contra regulam uitiosè & in his & in aliis casibus uetustissimu protulisse inueniuntur, in quibus non sunt imitandi.

Charis. 128.

Iustinus et  
semel

In genitiuo secundæ illa nomina crescunt, quæ antiquitus plures habebant syllabas in nominatiuo, ea sunt ferè nomina in R. demptis in. ster. ut, prosper, armiger, signifer, puer. Olim prosperus, armigerus, signiferus, puerus, satur  
uel

FRANCISCI SANCTII MINERVA  
uel saturus.

Genitiui tertiae usu paulatim addiscuntur.

In ablatiuo tertiae perfunctorie praecepta traddo, quia si  
neceffe sit, in E, uel I, fiunt omnia nomina etiam neutra in  
E, Al, Ar. Sed maxime obseruanda sunt paradigma. O-  
uid. in Ibin. Et summam Libyci de mare carpat aquam.  
Et Trist. 5. eleg. 2. Exiguum pleno de mare demat aque. Et  
in epistola Paridis. Fore ut a caeleste sagita figar. Fastorū.

3. Amne perenne latens Anna perenna uocor. Metam.  
5. Specie caeleste resumpta. Horat. Cerite cara digni. Vir  
gi. Qui Cerete domo. Ouid. 5. Fast. Cur tibi pro Libycis  
clauduntur rete leenis. Lucan. 4. Si me degeneri strauis-  
sent fata sub hoste. Terent. Phorm. Ruri se cōtinebat. Abla-

tiuus enim est non datiuus, ut arbitrantur imperiti. Præte-  
rea, ciuis, uigil, pugil, quod omnes fatentur, duplicem ha-  
bent ablatiuum, sunt tamen adiectiua facta ex uigilis, & pu-  
gilis. Et, si imber facit in E, uel I, cur non composita etiam  
december, october? Nomina quoque in As, gentilia dupli-  
cem habent ablatiuum, at olim in Atis & ate fiebat: ut,  
hic & hæc Arpinatis, & hoc Arpinate. Postremo Mar-  
tialis, luuenalis & similia utrumque habent ablatiuum, licet  
aliqui negent.

In datiuo quartae fici posui, non ficibus. Quercibus aut  
quercis dicam potius quam quercubus. Veribus non uer-  
bus scribunt politiores. Portubus et portibus inuenio. Que-  
stibus & questibus per diphthongum satis differunt.

In anomalis ridiculi sunt grammatici, qui cetauros &  
Hermaphroditos effingunt. Aliud significat epulum, aliud  
epule. Celum plurimae carent, circuli planetarum orbes dicū

tur

P. Consentius Romanus.  
Sed ita consue-  
tudo & aucto-  
ritas uariatur,  
et intra hoc uen-  
gnat, ut plerique  
in hac parte  
dubium dixerunt  
ablatiuum.

Charis. lib. 1.  
ab hoc uetera,  
maiora, plura  
non ueteri, maior  
pluri cōtendit dici  
Merc. 248.

Rus. Charis.  
141.

Dic obsecro te  
de Sexto annali

in hac autem regula  
plerique se

Vide Ramū 241

De datiuo quartae sic ait P. Consentius Romanus. in hac autem regula  
plerique se antiquitatem sequi designantes, u. litteram retinent,  
ut fluctibus potius quam fluctibus dicant, sed, consuetudo improbauit,  
neque in alijs nominibus quam ubi est ambiguitas discernenda  
retinetur, ut ab hoc artus, artibus retenta u, efferamus, ne artus  
potius, quam artus dixisse uideamur.

## SEV DE LATINAE LINGVAE CAUSIS.

tur a Ciccone. Gargarus mons est, Gargara adiectiuum, ubi intellige, loca. Auernus lacus est, Auerna sunt loca circa Auernum. Dindymus mons, Dindyma adiectiuum. Infernus, & in plurali inferna semper adiectiuum. Pergamus urbs Attali regis, Pergama ciuitas Priami, quae etiam in singulari Pergamon dicitur. Sed longū esset in hac parte ineptias grammatice uelle persequi.

¶ De praeteritis & supinis, & de quantitate paucula.

Cap. II.

**P**raeterita & supina non carmine, sed in modum carminis pueris ediscenda proposui: rithmus enim facilius memoria infigitur, & carmine praeterita non recipiunt, nisi difficulter. Illud uero notandum, ubicumque praeteritum non fuerit expressum debere peti ex regula proxima superiore. Parco non facit parcitum. Plinij locus, quo id probat, corruptus est lib. 33. cap. 4. Sic autem legi debet, Italiae parci. Vetere inter dicto patrum diximus. Coquimisco antiquum est, per inclinare, Cuius nihil extat, praeter illud Plauti. Conquinisca ad cistellam. Vergo nullum praeteritum reperio. Cudo cudi facit, non cufi. Terent. Varro de lingua latina: Postea succederunt Galli a ferro. Virg. Ac primum silicis scintillam excudit Achaetes, susceptumque ignem. Cambio & raucio in usu non sunt.

In quantitate multa fuerant annotanda sed quia integrum opus res haec desiderat, tantum de Rimus & Ritis, pauca subiiciam. Rimus uel Ritis in futuro semper producit, in praeteritis breuiatur. Diomedes libro primo de modis uerborum sic ait. Et in hoc subiunctiuo, numero plurali uniformem declinationem perfecti et futuri temporis accentus distinguit. Perfectum enim acuto accentu decli-

declinantur, futurum circumflectitur. &c. uidet igitur Diomedes præteritum breuiari, futurum uero produci. Quæ uerba non intellexit noster Nebrifensis, quandoquidem abutitur Diomedis testimonio. Hanc Diomedis regulam contra dispauperium & Georgium Vallam & monachū Menesium uerissimam esse assero. Nihilominus tamen quia (ut probaui) præteritū Amauerim capitur sæpè pro futuro amauro, sit ut quantitas præteriti maneat, & significatio sit futuri: unde sic constitui regulam, Anceps sit Rimus Ritis. Apponam & aliqua exempla, & primum de uero futuro. Ennius. Nec mi aurum posco, nec mi præciū dederitis. Metam. 6. Accepisse, simul uitam dederitis in undis. De ponto. 4. Consulis ut limen contigeritis, erit. Ibidē. Et maris Ionij transieritis aquas. Catulus ad Lesbiam. Dein cum millia multa fecerimus. in Priapeis. Vtilis hæc arā si dederitis, erit. De præterito est illud Virg. 6. AENE. Egerimus nosti, et nimium meminisse necesse est. Ouid. 4. de Ponto. Hæc ubi dixeritis, seruet sua dona, rogat. Metam. 2. Mentior, Obscurum nisi cum nox fecerit orbem, Nuper honoratas summo mea uulnera cælo Videritis stellas. Hic præteritum est, pro futuro. Deniq; poëtis liberum erit quous modo efferre. Scias tamen in futuro semper produci, ita præterito breuiari.

¶ De constructione generali. Et quod nullus ablatius à verbo regatur nisi media præpositione: nec item acculatiuus temporis aut mēsuræ.

Cap. 12.

**D**atiuus adeo uerbū omne non refugit, ut etiā propter acquisitionem aliquorum uerborum mutet constructionem.



SEV DE LINGVAE LATINAE CAUSIS.

tionem. Nam legimus aliquando iubeo tibi hoc, cum sit proprium iubeo te hoc. Item caelo tibi hoc. Terent. Si hoc patri caletur. Cic. in Catil. nihil agis. nihil moliris, quod mihi latere ualeat in tempore. Caesar lib. 3. Gall. Tela nostris deficerent. Terent. Ut uobis decet. Plaut. Nostro generi non decet. Cic. in Catil. Qui tibi ad forum Aurelium praestolarentur armati. Plaut. Aul. Nil equidem tibi abstulisti. Idem. Vnam animus monuit mihi, et nonnulla huiusmodi. Instrumentum, causam, & modum, & precium in ablatiuo sine praepositione docemus posse poni. Nunc causam addimus. Afferimus enim semper intelligi praepositionem. Quod si paucis exemplis propositis ostenderitimus, instituto nostro satisfactum putabimus: quando quidem non usum huc demonstramus, sed causam.

In instrumento intelligi debere praepositionem satis indicat omnium serè linguarum idioma, Sed ideo Latini non apponunt, quia semper inciderent in amphibologiam. Nam si dicam percussi te cum hasta, significo quod te & hasta simul percussi. Non desunt tamen qui praepositionem adhibeant: ut ille quem non incelebrem uocat Laurentius lib. 2. cap. 6. Gladium qui cum se percusserat, eduxit. Et Paulus Orosius lib. 7. Ipse imperator cum sagitta saucius. In saeris literis ex Hebraismo aliquando additur IN: ut Luc. 22. Domine si percutinus in gladio. Deuter. 18. Lapidabis eos in lapidibus. Et illud, Visitabo in uirga peccata eorum. Et, Praeualuit David contra Philisteam in funda & lapide.

In causa materiali liberum est addere uel tollere praepositionem: ut saxo quadrato, uel è saxo quadrato stru-

Gellius lib. 2. cap. 29.  
Messam hanc nobis adiuuent.  
Decet, oportet cum datiuo uide Lince. 220.  
J Merc. 175.  
Plaut. Aul. tibi me consulere et monere.

Linacrus in Rudimentis.  
Praepositione Cum semper quidem subaudita sed nunquam adhibita.

causa finalis. instat se de specie corporis, de generis nobilitate. Radix Romae de amicorum suis.

H Num

Etum Capitolium. *Causa efficiens: ut, algeo calore uel à calore. Ouid. Nubibus assiduus pluuiusq; madescit ab Austro. Idem, occidit ab Achille. Cic. Att. Imparati cum à militibus, tum à pecunia. Idem. A curis uacui. Terent. Laborat è dolore. Plaut. A corpore quidem ualui, ab animo eger fui.*

*Vide copia Erasmi. c. 55.*

*Cic. p. Milone. Quam igitur cum omnium gratia noluit, hunc uoluit cum aliquo querela?*

*Cic. p. Rosc. Amé. Quod is simulatq; sensit, de amicorū cognatorūq; sententia Romam confugit.*

*Ter. Adelp. scena. i. actus. i. In eo me oblecto. ubi uide Donatū.*

In modo sepe additur prepositio. Horat. Tanto cum strepitu ludi spectantur & artes. Terent. Ornatus esses ex tuis uirtutibus. Liuius. Magno cum clamore sollicitabat milites. Virg. Cæsis præmum de more iuuenis. Idem. Cunctis ex more uocatis. Idem. Necnon Threicia longa cum ueste sacerdos. Idem. Horridus in iaculis & pelle Libystidis ursæ. Idem. Nec minus Aeneas maternis seuus in armis.

In pretio intelligi prepositionē satis indicat illud Ouidij, Non bene pro toto libertas uenditur auro. Sallust. Nemo, nisi uictor, pro pace bellum mutabit. Nec reffert Latinitatis, utra in parte adhibeatur prepositio, quanuis sensus immutetur: ut, dedi leporem pro drachma, uel dedi drachmam pro lepore. Terent. Heri minas triginta pro ambobus dedi. Horat. Dedit hic pro corpore numos. Virg. Vitamq; uolunt pro laude pacisci.

In tempore, siue sit in accusatiuo siue in ablatiui, prepositio intelligitur. Nam in illis, pridie compitalia, postridie ludos, tertio nonas, quinto idus omnes grammatici fatentur deesse prepositiones. Cicero sepe dicit, aliquot iam per annos, per eos dies, per decem menses. Liuius. Obsidionix in paucos dies tolerabilis. Plin. lib. 15. Atqui tertium, inquit, ante diem scitote decerptum Carthagine. In ablatiui tritissimæ sunt illæ formæ. A pueritia, ab infantia, ab hinc

*à puero, ab adolescentulo, annis*

*Suet. Cæs. sed et in reliquis anni tempus curia, ubi finit.*

Terent. Adolph. Cætera rus cras cum filio  
cum prima luce. M. imo de nocte censes.

SEV DE LATINÆ LINGVÆ CAUSIS:  
annis decem, de mane, de tertia uigilia. Sed de hoc ablati-  
uo temporis latius agamus.

¶ Quod nullus sit ablatius absolutus: & Recte  
dici, Se confule orabat Cicero,

Cap. 13.

Ignorantiam suam profitentur grammatici, eum rogati  
unde regatur hoc uel illud nomen, respondent, absolute  
poni: quasi dicant, penitus ignoramus. Nunquid regnante  
Philippo, aliud est quam, tempore regni, aut regis Philippi?  
Cur igitur utrumq; modum non uocas absolutum? Ho-  
ra prima ueni, dicit ablatiuum esse temporis: te legente ue-  
ni, uocas ablatiuum absolutum. At tu legebas hora prima,  
et idem tempus significatur. Quare aut uterq; ablati-  
uus est absolutus, aut uterq; temporis. Sed, inquis, hora pri-  
ma ueni, solum tempus significatur, te legente ueni, signi-  
ficatur actio in tempore: Falleris: nam utroq; modo idem  
significatur: in hoc enim genere, ubicumq; non est par-  
ticipium, suppleri debet. Itaq; hora prima ueni, due sunt  
orationes, quasi dicas, cum esset hora prima ueni: deest  
namq; participium ens, uel aliquid simile. Vocabis igitur  
huiusmodi forma ablatiuo temporis. Quæ etiam adhibita  
prepositione enuntiantur: ut, sub Alexandro, sub Phi-  
lippo. Terenti. Ferè in diebus paucis, quibus hæc acta  
sunt, Chrysis uicina hæc moritur. Idem. postremò et qua  
in die parua peruisset soror. Idem. In denegando mo-  
do queis pudor est paululum. Idem. In cognoscendo tu-  
te ipse aderis. Cicero. 4. Verr. Non opinor id ages, ut ista  
pecunia in quinquennio consumatur in statuis. Idem ad  
Q. Fratrem. Nauiges de mense Decembri. Liuius pri-  
mo. Pun. Agite cum diis bene iuuantibus. Plaut. Persa.

Hij Sequere

Græci hunc modum per genitium enuntiam cum prepositione, aut sine illa  
Demosthenes in Aesch. ἐπι ἀρχαίους Πολύκλειους μὲν ἡρόδοτον ἐπιμαχίαν.

i. Regnante Polycleo mense Iunio. Idem. ἡμέρας τὴν νύκτος ἐργάζεσθαι.

i. Noctu diuq; laborat. Passim etiam videntur datiuo cum prepositione.

ἐν βραχίῳ. Breui tempore. ἐν πολλῷ χρόνῳ. Multo tempore.

Sed frequenter videntur infinito verbo cum prepositione: ut  
ἐν τῷ βασίλειον ἀλέξανδρον. et Val. u. et 125. et est in Pau-

Terent. Adely. Appa. 50  
rara decia conuincit  
Horat. De medio potare  
die. Cic. In conuincium  
comitio. Nilo de nocte uenit  
Cesar. De media nocte  
missus equitatus. Cic.  
Nauiges de mense decembri  
Cesar. Reliquias de media  
nocte proficisci iubet.  
Horat. Surgit de nocte.  
luen. unde uxor media  
currit de nocte uocata.  
Cic. Att. Multa de nocte  
profecti esse ad caesarem  
Idem p. Sextio, multa de  
nocte armatis hominib.  
vide Censorin.

Vide copia Erasmi  
cap. 54. et Brise. h. 5.  
cap. de casu.  
Passus sub Pontio  
Pilato. i. praefide Pon-  
tio Pilato.

Sequere hac mea gnata cum diis uolentibus. Ennius. Dog  
uolentibus cum magnis diis.

Præcipiunt grammatici in hoc ablatiuo, ne duæ illæ o-  
rationes, ad idem suppositum referantur. Non enim audet  
dicere, me occupato non potui scribere. Quod cum nulla  
ratione nitatur, exemplis refutabitur. Cic. 3. Phil. Nobis ui-  
gilantibus & multum in posterum prouidentibus, populo  
Ro. consentiente crimus profectio liberi breui tempore.  
Idem in Bruto. Se audiente locuples auctor scripsit Thucy-  
dides. In epistolis ad Tyronem. Non potes effugere huius  
culpæ penam te patrono. Sueton. in Tiberio. 31. Iterum cõ-  
sente, ut Trebianus legatam in opus noui theatri pecuniã  
ad munitionem transferre concederetur, obtinere non po-  
tuit. Plin. lib. 7. cap. 2. Horum supra centum uiginti millia  
fuisse prodente se Ctesias scribit. Plaut. Mil. Si ego me  
inseiente paterer uicino meo eam fieri iniuriam. Ibidem.  
Te uidente uides. Idem. Mostell. Prius quã te me uiuo un-  
quam sinam aut egere, aut mendicare. Sedigitus de Teren-  
tio. Eum me iudice errorem dissoluam tibi. Ouid. in Nar-  
cisso. Lachrymas quoq; sepè notauit me lachrymante tuas.  
Idem. 2. Fast. Hic castas duce se iubet esse maritas. Luca-  
nus. Et latos fecit se consule fastos. Virg. Vritiq; uidedo foe-  
mina. i. uidenda se, dum uidetur. Idem. Alitur uitium, egres-  
citq; medendo. Quint. Memoria excolendo, sicut alia o-  
mnia augetur, id est, dum excolitur. Illud uerò Horatia-  
num male iniellexit Valla lib. 3. cap. 64. Laudator tem-  
poris acti se puero. Tu intellige, acti se puero, nõ lauda-  
tor se puero.

Cic. in Lisonam. Quæ orna-  
menta etiam in Sexto Clodio  
te consule esse uoluiti.

Pon etiam Arachne dicat  
se iudice uictum.

Æneid. 12. Exuperat magis,  
agrascitq; medendo.  
Georg. 3. Alitur uitium,  
uinitq; tegendo.

Non. Agite cum die bene inuadit. Plin. Præf.

H. 2. 1. 1.

SEV DE LATINAE LINGVAE CAUSIS.

¶ Nomina oppidorum rectè admittere præpositionem posse, Et nomina prouinciarum & insularum relinquere.

Cap. 14.

**Q** Vintilianus lib. 1. cap. 5. solæcisrum putat esse si quis dicat, ueni de Susis in Alexandriam. Cicero quoque notatus ab Attico, quod scripserit, in Piræa cum existem, respondet lib. 7. epist. 3. Venio ad Piræa, in quo magis reprehendendus sum, quod homo Romanus Piræa scripserim, non Piræcum (sic enim omnes nostri locuti sunt) quam quod IN addiderim. Non enim hoc, ut oppido præposui, sed ut loco. Et tamen Dionysius noster qui est nobiscum, & Nicias Cous non rebatur oppidum esse Piræa. Sed de re uidero. Nostrum quidem si est peccatum, in eo est, quod non ut de oppido locutus sum, sed ut de loco secutusque sum, non dico Cecilium: Mane ut ex portu in Piræcum (malus enim auctor Latinitatis est) sed Terētium, cuius fabella propter elegantiam sermonis putabatur.

C. Lælio scribi: Heri aliquot adolescentuli coimus in Piræcum, & idem, Mercator hoc addebat, captam è Sunio. Quod si dixeris oppida uolumus esse, tam est oppidum Sunium quam Piræus. Hæc cicero nimis argutè in illo loco, quæ in aliis non obseruauit. Dico igitur in nominibus oppidorum semper deesse præpositionem, quæ & frequentissimè apponitur. Cic. Att. lib. 8. A Brundusio absunt propius. Ibidem. Ne citius ad Brundisium, quam opus sit, accesserit. Ibidem. Dum certum nobis ab Essernia, de eo, quod audieram, referretur, & lib. 3. Ab Epheso ante aliquando profectum. Idem. 3. Verr. Hoc illi nauigio ad omnes populi Ro. hostes usque, ab Dianio (quod in Hispania est) ad Sino

Oratores Græci fere semper apponunt præpositiones: postea uero suo iure utuntur. Ἰνδ. α. ἢ Ἐκ τῆς πόλεως τῶν Ἰωνίων. Hallespontum ueniant.

Idem. Eridia col. mari De Brundusio.

H iij pem,

datiuo ponuntur à Grammaticis, quod ego falsum esse ar-  
bitror. Nam exempla, quae ab illis citantur, aut corrupta  
sunt, aut perperam intellecta. Illud Terentij in Phorm. Ru-  
ri se continebat, ablatiuus est. Sic apud Plautum inuenio  
Sycione & Sycioni, Mihi ablatiuus utroq; modo est. Nam  
ablatiuus tertia ualde incertus est, ut ostendimus cap. 10.

¶ Quod genitiuus nunquam à verbo regatur, nec  
Græcè nec Latina. Cap. 15.

**G**enitiuus, etiam passionem significans, possessionem de-  
signat. Quare non poterit uerbis coniungi. Nam pos-  
sessor & res possessa nomina relatiua sunt, ut uocant dialecti-  
ci, cum alterum sine altero nequit intelligi. Vbi quicq; igitur  
genitiuus fuerit, aliud queratur nomen, cui adhaereat.  
Hoc, quia nouè dicitur, probandum erit.

Impleo granarium frumenti, Latinis auribus signifi-  
cat, impleo granarium, quod est dicatum frumento: ut im-  
pleo pateram regis. Sed obicit illud Ciceronis, implere ol-  
tam denariorum, & Virgilius, implentur ueteris Barchis, et  
Plauti, omnes angulos furum impleuisti, & Linius, multitu-  
dinem religionis impleuit. Respondeo, Græcis esse usitatissi-  
mum (in uerbis præcipuè imperandi, accusandi, & me-  
morie) uti genitiuus, suppresso nomine uerbi, aut alio nomi-  
ne, aut sepius præpositione, uel aduerbio, ut  
ἔπειτα τὸν. Quod imitatus est Horatius, Agræstium regna  
uit populorum, deest nomen uerbi. Idem, 3. carm. Abstine-  
to dixit irarum calidaq; rixæ, quod Homericum est,  
ἄμ' αἴετ' ἀνὴρ ἰγείδω, sic πλὴν τῶ ἀγγυος οἴνου, impleo  
uas uini deest, sic ἀξίῳ σέ τι μῆδ' ἴσθι, dignor te honoris, de-  
est ἴσθι, ἰ gratia. Virg. AEn. 11. Nec ueterum menimi, le-  
torue

teste Chorif. lib. 1. de  
Analog. fol. 141.

## SEY DE LATINAEO LINGVAE CAUSIS.

tōrue laborum. Idem. Iustitia ne prius miret belline laborum, deest causa uel gratia. Quo loquendi modo frequentissime utitur Cornelius Tacitus: ut lib. 2. Germanicus Aegyptum proficiscitur cognoscenda antiquitatis. lib. 3. Erexis omnium animis petende e Pifone ultionis. Ibid. Crebro se militibus ostentasset ab Narnia, uitanda suspitionis. Ibid. Multa populus parauit, tuenda libertatis & firmanda concordia. Ibid. Pugnam pro Romanis ciens ostentanda, ut ferebat, uirtutis. lib. 5. Quia pecuniam a Vario Ligure omittenda dilationis ceperat, Sed de huiusmodi defectu apud Græcos uide institutiones Græcas Francisci Vergara lib. 3. cap. 9. & cap. 21. de præpositionum defectu: & Budæum in Comentariis.

Memoria uerba eadem figura Græcè iunguntur genitino. Latine dicimus, memini hæc præcepta, memini horum præceptorum, memini dehis præceptis, in duobus posterioribus deest mentionem. Quid enim aliud est memini tuis, quam feci mentionem tui? Recordor tua consilia, & recordor tuorum consiliorum, hic deest nomen uerbi. Quintil. Grammaticos sui officij commonemus. s. commonitionem. Sallust. Quoniam tanti uiri tempus admonuit, desunt duo accusatiui, nos & admonitionem. Cic. Cum illius diei uenit in mentem. s. recordatio mentiōe (ut supplet Valla lib. 2. cap. 21.) Idem. cum in animo haberem nauigandi. s. propositum, teste ibidem Valla & Linacro lib. 6.

Misereor eadem figura genitino iungitur Græcè, apud nos deest nomen uerbi: ut, misereor pauperis. s. misericordiam uel miserationem. De miseret, tædet, pudet, piget, pœnitet ita Priscianus lib. 18. Hoc quoq; sciendū, quod imper-

sonalia,

sonalia, que accusatio simul casui, & genitio copulatur: ut, pudet me tui, similiter poenitet, tædet, miseret, accusatio quidem significat personam, in qua fit passio, genitio uero illam, ex qua fit actus. Nec est mira huiusmodi ordinatio, cum in eisdem casus resoluitur. Est enim pudet me tui, pudor me habet tui. Tædet me tui, tædium habet me tui. Miseret me tui, miseratio habet me tui. Poenitet me tui, poenitentia habet me tui. Hæc Priscianus pulcherrimè, nisi uocasset impersonalia hæc uerba, quæ actiua sunt, & dixisset genitium esse agentis personæ. Imò genitium ille regitur à nomine subintellecto: ut, pudor peccati pudet me, & miseratio pauperis miseret me. i. me tenet. Hoc etiam placere uideo nostro Nebriffensi in commentariis quarti, ubi etiam citat hæc Prisciani uerba. Apollonius item auctor antiquissimus libro 3. de Syntaxi ostendit debere intelligi nominatiuum cognatæ significationis. His uerbis. *Μὲντε Σαρπητῶν, ὅτις ἐπινοῶν ἑαυτὸ ἀνὰδελφοῦ ἰδὼν μὲν ἰουδαίαν, τὸν κατὰ τοῦ παρυσιαίου κεύρατος ἐὶ τὸ μέλει.* *vide locum*

Potior (inquit Valla libro. 3. cap. 34.) cum hoc nomine res, ferè semper genitium habet. Duplex error Valla, Nam nec regit unquam genitium, nec solum nomen res in genitio ponitur. Potiri Gallie dixit Cæsar, & Curatius Asiæ potitus. et Plaut. hostiū potitus. Rectius Ascēsius in illo loco, qui intelligit ablatiui, imperio uel dominio.

In uerbis accusandi & absoluendi manifestè patet genitui natura. Nam desunt nomina generalia peccatorum: ut, crimen, peccatum, actio, sic accuso te furti, scilicet, crimine. Damnatus repetundarum. s. actione, crimine, peccato.

Poenitet me. i. poena tenet me. D. Augustinus in libro de poenitentia. continue est dolendum de peccato, quod declarat ipsa dictionis virtus: poenitere enim est poenam tenere: ut seipm poeniat in se uicisudo quod commisit peccato. De poenitent. Distinct. 3. §. Poenitentia est.

Eodem modo etiam uerbi Dico regeret genitium. Horat. Tutior est in classe scanda, Libertina rum dico.

Apuleius. in Apolog. tot tantorumq; criminum postulasset.



SEV DE LATINAE LINGVAE CAUSIS.

cato. Quae nomina quādoq; exprimuntur. Val. Max. lib. 2. cap. 1. Quae propter non es damnandus rigoris rustici crimine C. Mari. Cic. pro ligar. Fuerint cupidi, fuerint irati, fuerint pertinaces, sceleris uerò crimine, furoris, parricidij liceat Pompeio mortuo, liceat multis aliis carere, Et haec uerba semper regere ablatiuū crimine uel peccato indicio sunt adiectiua illa, alter, uterq; neuter, ambo, quae semper in ablatiuo neutrali ponuntur propter substantiuū neutrū: ut, accusas Verre avaritia, an audacia, an utroq; an ambo, an neutro? Linacer addit alia adiectiua, omnibus, maximo, grauiore, cui accedo. Hanc rationem ignorauit Val la. lib. 3. cap. 32.

Prætijs & aestimationis uerba indicant satis genitiuum à uerbis non regi. Nā cur non dicitur Latine, Emi magni precij: & magni emi dicitur, & magno emi, et magno precio? Cur dicimus, Aestimo te magni & magno, & magno precio, non autem magni precij? Hæc est ratio. Preciū & aestimatio semper in ablatiuo ponuntur. Itaq; aestimo te unius asis, scilicet, aestimatione uel precio. Emi tanti quanti tu, s. precio Horat. Vnius asis non unq; pluris precio licuisse. Plaut. Epid. Quanti emi potest minimo. Et non possumus dicere, emi magni precij: quia non potest suppleri ablatiuus precio: ideo dicimus emi magni, subintellecto precio, & in adiectiuo magni (ut tu scias) intelligitur æris. Columella libro. 3. cap. 3. Vulgus parui æris posse comparari putat. Sed obiicit illud Terentij, agrum in his regionibus melio: em neq; precij maioris nemo habet. Respondeo, aliud esse, emi equum magni precij, aliud emi equum magno precio: nam illic laudem dicis,

lin. 14. c. 13.  
octonis æris ueni  
derat. Plaut. quā  
tulo argenti te  
conduxit Pandolp.  
Livius. lib. 39.  
mancipia quæ decā  
millibus æris, aut  
eo pluris uenisset,  
ut decies tanto  
pluris, quam quā  
ti essent, aestimare  
tur.

uide Budæum  
ut in Pandect.

ut homo magni animi, hic uero precium denotas. Denique dices commodè, emi equum magni precij uili pecunia.

Sunt et alia phrasès, quæ genitiuum à nomine pendere satis indicant. Cic. Nos in castra properabamus, quæ aberant uidui. s. itinere uel uia. Cæsar. i. Gall. Cum tridui uia processisset. Terent. Vbi ad Dianæ ueneris. s. eadem. In nominibus propriis cum genitiuo deest aliud nomen: ut, Claudius Marci. Tullia Ciceronis. s. filius uel filia. Martia Catonis. s. uxor. Plin. lib. 7. cap. 12. Spinther secundarum, tertiarumq; Pamphilus. s. actor partium. Terent. Forte ibi huius uideo Byrbiam. s. seruum.

Illud insuper non leuiter notandum, ineptè dici, meminimentionis, recordor recordationis, accuso te criminis aut accusationis, uendidi magni precij, potius imperij, hoc pudet me patris. Quia nomina, quæ suppleri debent, in genitiuo non possunt poni: & hoc me patris pudet, illud patris non habet unde regatur: quia appositus est nominatiuus, hoc secus esset, si subintelligatur pudor.

Ille deniq; pendeo animi, discrucior animi, dissipio mentis, felix animi, impotens letitia, integer uita, sceleris purus, lassus maris & militia Græca omnino sunt, & figurata Græcis, ut ostendit Budæus in commentariis Græcæ linguæ, usitata tamen Cornelio Tacito: ut, compertus flagitij, manifestus delicti, ferox animi, ingens animi, & multa huiusmodi.

Aduerbia temporis aut loci cum genitiuum habent pro nomine sumuntur, ut compendium fiat sermonis.

In comparatione nihil est considerandū, sint ne plura an unū, sui uel alieni generis. Cap. 16.

Plaut. Audent  
 Et me omnium  
 iam laborum  
 leuas. idem  
 Stich. Haec res  
 uitae me soror  
 faturant. idem.  
 Cistell. Paternum  
 seruum sui porti  
 cipat consilij.  
 cornel. Tacitus in  
 Dial. Veteres  
 oratores grama  
 tica, musice et  
 geometriae imbue  
 bantur.

Semper in  
 desideratur  
 nomen un  
 de pendeat  
 genitiuus.  
 Ut infelix  
 animi. s. me  
 tam. et.

SEV DE LATINAE LINGVAE CAUSIS.

**L**ocus erat debacchandi in Vallam, qui linguam Latīnam in seruitutem coniecerit, sed aliud agimus. Comparatiua inter plura sui generis habere locum luce clarius ostendam. Plinius de tribus Pyramidibus, Tertia minor praedictis, sed multo spectatior. Sallust. de tribus filiis, Te Iugurtha, qui aetate & sapientia prior es. Valer. Max. de tribus Dionysius, Tertium te importuniorē superioribus habere capimus. Idem lib. 4. cap. 3. Fabricius Lucinius honoribus & auctoritate omni ciue temporibus suis maior, censu par unicuiq; pauperrimo. Columella lib. 6. Nunquam etiam in olea unus ramus ceteris aliquanto letior est. Plin. in epist. Dies alibi, hic nox nigrior & desior omnibus noctibus. Curtius lib. 6. Mare Caspium dulcius ceteris. Lactant. Omnes Sybille unum deum praedicant, maxime tamen Erythrea, quae celebrior & nobilior inter ceteras habetur. Quin & te Laurenti citabo cap. 8. de reciprocatione, qui post tres enumeratas causas subdis, Posterior, quae & quarta est causa. Quid ais bone Laurenti, nonne uides solæcismum ex tuo praeepto? Martial lib. 11. Hic totus uolo rideat libellus, & sit nequior omnibus libellis. Quid in Leand. Tanto formosis formosior omnibus illa est. Metam. 2. Quanto splendidior, quam cetera sidera fulget Lucifer, & quanto quam Lucifer aurea Phaebe, Tanto uirginibus praestantior omnibus Herse. Sed quid in re aperta digladiamur, quasi ulla possit fieri cōparatio absq; comparatiuo? Ridiculi enim sunt, qui credunt superlatiuo inesse uim comparandi, sed de hoc statim. Illud multo foedius, quum praecipit, comparatiuum inter duo genitiuum pluralem recipere. Quasi uero genitiuus ille comparatio-

*Quid. quinta est oratio illis sanctius huius animal*

17718

nis

nis sit, & non partitionis. Partitio uero inter duo & inter plura locum habet. An non intelligis esse ellipsin, cum dicitur, oculorum dexter est acutior ? integra erit oratio sic, Ex numero oculorum dexter est acutior sinistro. Sed quid respondebis, si ego hunc genitiuum pluralem inter multa ostendero? Cice. 2. off. Rerum autem omnium nec aptius est quicquam ad opes tuendas ac tenendas, quam diligere. Lentulus in epistolis Ciceronis, Idcirco naues onerarias, quarum minor nulla erat duum millium amphorarum, scilicet, mensura uel capacitate. Varro. Neui minores duodecim annorum, neu maiores quadraginta. s. etate. Plin. lib. 7. cap. 30. Salue patens patrie omnium triumphorum lauream adepte maiorem. s. laurea uel gloria. Idem. lib. 11. cap. 38. Animalium fortiora, quibus sanguis crassior, sapientiora, quibus tenuior, timidiora quibus minimus, aut quibus nullus. sic enim legendus locus. Curtius lib. 9. in oculis duo maiora omnium nauigia submersa sunt, leuiora, cum & ipsa nequirent regem in ripam tamen innoxia expulsa sunt. Vide igitur o Laurenti qua impudentia dantes illud in sacris, maior discipulorum, minor fratrum, & illud Pauli, 1. Corint. 3. Nunc manent fides, spes, charitas, tria haec: maior autem horum est charitas. Quid hic dantes stultissime grammatice? Offendit te fortasse illud (horum.) Non uides, tria haec? Eleganter uero & proprie dicimus, digitorum medius est longior, nec aliter dici poterit, ut iam uidebis.

¶ Ignoram esse hactenus grammaticis superlatiuorum naturam circa constructionem & significationem.

Cap. 17.

Super-

Hircius. Amplius duorum millium terga uerterunt.

Caesar. 1. Gall. in latitudinem non amplius ducentorum pedum relinquebat.

**S**uperlatiua non significant comparisonem, nec casum ullum regunt, nisi positiui, ut si dicas, auidissimus pecuniarum. Ponuntur saepè cū genitiuo partitionis, saepius absolute sine ullo casu. In partitione autem locus est etiam duobus: quare de duobus dicemus, hic est ditissimus. Nunc singula excutiamus. Si superlatiua significarent cōparationem, nullo pacto habere possent pluralem numerū. Nam si significant ultimum excessum, ut cuncti affirmant, non posses dicere, uideo fortissimos Troianorū. At Cicero dicit, obseruor à familiarissimis Caesaris. Sunt ergo multi familiarissimi. Deinde, nō posses addere superlatiuis nomina distributiua. at Cicero dicit, obseruor à familiarissimis Caesaris omnibus, praeter istū. Et in eodē lib. 7. epist. Ego enim ignauissimo cuiq; maximam fidem habeo. Ergo sunt multi ignauissimi. Adde quòd esset ambigua. imo uitiosa illa oratio Ciceronis ad Trebatium, si superlatū significaret aliquam cōparationem. Sic habeto (inquit) non tibi maiori cura esse, ut iste tuus à me discessus fructuosissimus tibi sit, quā mihi. Haec ultima uerba tibi & mihi non sibi respōdent, sed, mihi, respōdet ad illud, tibi, superius. Quarto, obstat illud Ciceronis in bruto de Tiberio Graccho, Caioq; Carbone loquentis, Fuit uterq; summus orator. Itaq; Gracchus fuit summus orator, quo nemo maior, uicit igitur Carbonē. Rursus Carbo fuit summus orator, quo nemo maior, uicit igitur Gracchum: igitur uterq; fuit maior altero. Vides quot errores adportet tua haec significatio. Nostram igitur sententiam amplectere, ne tot Labyrinthis inuoluaris, doctissimus, fortissimus sapientissimus, non significant ullam comparisonem, sed maxime

sal. Max.  
lib. 1. euinigli  
bat fulgen  
tissimū triū  
phab; curry

Tum e illud notandum quod ubicunq; est  
superlatiuū erit statim locus comparatiuus  
Ut: Petrus doctissimus est, sed Paulus doctior.  
Et Petrus doctus est, sed Paulus doctior.

maximè doctus, ualde fortis, maximè sapiens. Hector fuit fortissimus Troianorum: hoc est, Ex numero Troianorum Hector fuit maximè fortis. Si uelis significare, Hectorem superasse omnes Troianos fortitudine, ad comparatum nomen confugiendum erit, sic. Hector fuit fortior ceteris Troianis, aut Troianorū Hector fuit fortior. Nam gentilius ille siue cum comparatiuis, siue cum superlatiuis regitur ex ui partitionis ab alio nomine subintellecto, sic, ex numero Troianorum &c. Hinc multa redicula reperies apud Vallam, qui putat superlatiuo non esse locum, ubi sit diuersum genus. Longè fallitur: nam optimè dicas, Cicero fuit Romanorum & Græcorum eloquentissimus. Cic. pro domo sua, Hoc ministro omnium non bipedum solū, sed etiam quadrupedum impurissimo temp. perdidisti. Idem in Bruto. Phalereus successit eis senibus adolescēs, eruditissimus ille quidem horum omnium. Simile est illud Macrobij, quod imperitissimè carpit Valla, Age Serui nō solum adolescentium, qui tibi æquæui sunt, sed senum quoq; omnium doctissime. Plin. in epistolis. Regulus omnium bipedum nequissimus. Plin. lib. 9. Velocissimum omnium animalium, non solum marinorum est delphinus. Catullus. Phasellus nauium celerrimus. Idem. Differtissime Romuli nepotum, quot sunt quotq; fuere Marce Tulli, quotq; post alis erunt in annis. Martial lib. 12. Non es, crede mihi, bonus, quid ergo? ut uerum loquar, optimus malorum. Præcipit idem, ne dicamus, hæc est pulcherrima suarum sororum, sed pulcherrima sororum. Quia sororum ipsa una est, suarum non est. Egregia uerò ratio & tanto uiro digna. Eodem ergo pacto dicere non possemus, horum

quinq;

Adag. Bipedum  
nequissimus.

quinq; digitorum medius est longissimus: quia digitus est; horum non est. Et, Cicero fuit omnium Romanorum eloquentissimus: quia Romanus fuit, omnium non fuit. Illud multò putidius. Non potest (inquit) esse locus superlatiuo citra tertium gradum. Nam si inter plura uascùla equalia, unum sit magis capax, non rectè dicas, Hoc est omnium maximum: ò miseri grammatici, quibus hìc impostor fidem facit. At Liuius hæc non obseruat. Inde barbari (lib. 7. inquit) dissipati uertunt impetum in suos, fusiq; per campos (quod æditissimum inter equalés tumulos occurrebat oculis) arcem Albanam petunt. Nec legerat ille superlatiuum inter duo. Terentius Adelphis de Demea & Mitione. Id mea (inquit Demea) minime refert, qui sum natus maximus. Cic. 2. inuent. Quamquam præstat honestas incolumitati, tamen utri potissimum consulendum sit, deliberetur. idem ad Marium lib. 7. cum dubitaret in Italiã maneret, an ad bellum tenderet, sic intulit. Quo tempore uidi sti me profectò ita conturbatum, ut non explicarem, quid esset optimum factu. Quòd si nomen primus esset superlatiuum, ut ille uult, sepius inuenitur de duobus. Sed nulla ratio repugnat superlatiuum dici de duobus: quia tam par timur duo, quàm plura: ut, manuum dextra est longè fortissima. & uideo duos amicos rixantes, quorum utri faueam potissimum incertus sum. & de duabus causis dicas, hæc est potissima. i. maxime potis. & hæc est potior. i. magis potis, si uelis comparare.

¶ Vsum reciprocum nec Valla, nec Budæus, nec Quintilianus satis rimati fuerunt. Cap. 18.

I. In

Suetonius Iulio. cap.  
Vestali maxime de  
mandavit. & Caesar  
ipse fuit Pontifex  
maximus & non erant  
alii maiores.

Cic. lib. 16. epist. Amor  
ut Valentem videamus,  
hortatur, desiderium, ut  
quàm primum. Illud  
igitur potius. Cura ergo  
potissimum ut valeas.

¶ In Suetonio. duo  
sunt potissimum argumen  
tus colligitur.

Nec iungas proxima sibi, sed in somnis sibi. i. Cornelia, de qua sermo est. Urgebat nos aliquantum illud ex Miloniana, Vos ex M. Fauonio audistis, Clodium sibi dixisse, & audistis uiuo Clodio, periturum Milonem triduo. Sed est concisa oratio, plena erit sic, uos ex M. Fauonio audistis, cum narraret, Clodium sibi dixisse. Sic intellige illud Horatij, Nota refert meretricis acumina saepe catellam, saepe periscellidem raptam sibi flentis. i. quae flet raptam sibi.

Illud notandum succurrit, quod nemo haec animaduertit, Domi suae in genitiuo, non reciprocum esse, sed possessiuum: ut, Petrus uidit Catonem domi suae. s. Catonis. Petrus uidit Catonem in domo sua, uel apud patrem suum. s. Petri. Cic. in Catilinā. Desinant insidiari domi suae consuli. Sallust. Catil. Cornelius & Vargunteius constituerant Ciceronē domi suae imparatū confodere. Forte haec est ratio, quod genitiuus, domi, peculiari quodā modo solum recipit haec adiectiua mea, tuae, suae, nostrae, uestrae, alienae. Apud Val. Max. lib. 4. c. 3. locus est corruptus, Alexander (inquit) Diogenem gradu suo diuitiis pellere tentat. legendum suis, aut suo uacat: non enim solent Latini addere suo in huiusmodi formis, sed deicere aliquem gradu, deturbare honore. Horat. uerba mouere loco. &c.

¶ Possessiuā omnia quibusuis genitiuis aggregari, duosq; genitiuos ab vno nomine posse regi, Cap. 19.

Verba Laurentij sunt lib. 2. cap. 1. Vidimus licere dicere, meam unius operam, tuum solius studium, non tamen dicemus, meum Laurentij studium, suum Prisciani praedium. Sed meum studium, qui sum Laurentius, Prædium suum,

Cic. 3. verr. domi suae referua ut. ad verrē referri videtur.

Et Verr. 3. inquit cum certis propriisq; erimini. necy. fabo.

Nec respondere licet sui accipi pro proprio, Nam Cicero utrunque coniungit lib. 5. Finiū Tamen proprium suum cuiusq; munus est. Et i. Nat. Deop. Norm locus quidem ijs etia naturis, quae sine omnis sunt, suus est cuiq; proprius.

Pro uerbū est. De gradu deicere: —

Vida Merc. 170.



SEV DE LATINAE LINGVAE CAUSIS.

suum, qui est Priscianus. Hæc ille. Ego non uideo cur posses-  
 siua cætera possint habere socios quosuis genitiuos, et  
 meus, tuus, suus, quæ mera sunt possessiua, non possint: et si  
 licet dicere, meum præceptoris officium, cur non licebit,  
 tuum Ciceronis officium. Quare si nulla ratio repugnat,  
 agamus exemplis. Cic. 7. epist. Eumq; additum iam tum  
 puo Calui Licini Hipponacteo præconio. Idem. 2. Aca-  
 de. Ego Catuli Cumanam ex hoc loco regionem uideo. Idẽ  
 ad Trebat. Nam primorum mensuram literis tuis uehemen-  
 ter commouebat. Idem. 1. Tuscul. Theodori quidem nihil  
 interest humine an sublime putrescam, deest, mea, propter  
 putrescam. Philip. 2. ille nunquam concionatus est nudus,  
 tuum hominis simplicis pectus uidimus. Verr. 5. Quero se  
 ipse excogitare non poterat, quemadmodum quam pluri-  
 mo uenderet, ne tua quidem recentia proximi prætoris ue-  
 stigia persequi poterat. Idem pro Sextio. Quem non tam  
 admiror, quod meam legem contemnat, hominis inimici,  
 quam quod etc. Plinius. 8. epist. Incipio ex hoc genere stu-  
 diorum non solum oblectationem, uerum etiam gloriam pe-  
 tere, post iudicium tuum uiri eruditissimi, grauisimi, ac si-  
 per ista uerissimi. Terent. Nam herilem filium eius duxis-  
 se audio uxorem. Plaut. Milite. Sed meam esse herilem cõ-  
 cubinam censui. Caesar. 1. Gall. Si id non fecissent, longè ab  
 his fraternum nomen populi Romani abfuturum. Liuius  
 lib. 7. agens de Valerio Coruino, cum desilisset ex equo:  
 Nostrum, inquit, peditum illud milites est opus. Tacitus li-  
 bro. 1. Neque tribunorum militum consulare ius diu ua-  
 luit. Horat. Fructibus aggripæ Siculis quos colligis. Idem.  
 Iam Saliare Numæ carmen qui laudat. Idem Asin. q; pa-

Vol. Max. lib. 1. cap. 7  
 Nam in ade iouis  
 Mariana senatus cõsulti fac

Liuius, quod meum factum  
 dictumue consuli grauis,  
 quam tribuni audisti.

Cato ad Ciceronẽ. Tuam  
 virtutum domi togati,  
 armati foris.

Cic. p. Balbo. Quod si  
 uultus C. Marii, si rex,  
 si ille imperatoris ordo  
 oculorum.

ternum cognomen uertas in risum. Propertius lib. 4. Atq;  
 Sabina feri contudit arma Tati. Martial lib. 1. Quod nec  
 Cecropiæ damnent Pandionis arces. Ibidem. Aut libidino  
 se Lædæus Lacedæmonis palestras. Idem lib. 3. Natorumq;  
 dedit iura paterna trium. Idem. Hermes Martia seculi uo  
 luptas. Apuleius lib. 8. Quæ res circumstantium ab emptio  
 ne mea, utpote ferocissimi, deterruit animos: & in sacris  
 Regum. 3. Tulit filium meum delatere meo ancillæ tuæ  
 dormientis. Cur igitur Valla reprehendit illud ad Co  
 rinth. Salutatio mea manu Pauli. Itaq; quemadmodum Ci  
 cero ad Crassum dixit, Quantum meum studium exti  
 terit dignitatis tuæ: posset quoq; dicere, Quantum mis stu  
 dium extiterit dignitatis tuæ, si mis esset in usu. & ad Len  
 tulum, Nā nostra propugnatio ac defensio dignitatis tuæ,  
 posset dicere: Nam nostrum propugnatio ac defensio  
 dignitatis tuæ. Sed clarius agamus. Cice. de Arusp. resp.  
 Obsessus est domi Pompeius, meque nonnulla imperito  
 rum uituperatione timiditatis meæ, consilio & factio suo  
 liberauit. Idem ad Lentulum. Virum enim excellentem,  
 & tibi deuinctum, nonnihil suspicantem propter ali  
 quorum opinionem suæ cupiditatis te absse abalienatum  
 illa epistola retinisti. Et in Pisonem. Iamue sentis bel  
 lua, quæ sit hominum querela frōtis tuæ. Idem pro Sextio.  
 Sed necesse est antequam de tribunatu P. Sextij dicere in  
 cipiam me totum superioris anni reipublicæ naufragiam  
 exponere. Plin. lib. 22. in procem. Complepse poterant miræ  
 culum sui natura atq; tellus reputantium uel prioris tan  
 tū uoluminis dotes. Harum locutionum causas ad ellipsin  
 refero: ut, iam ne sentis bellua, quæ sit querela hominum, et  
 quæ sit

Duo genitimi ab æo  
 dem nomine.

Cic. in Catil. Nullum in sine  
 honoris, nullum monumentū  
 laudis postulo, præterquā  
 huius diei uestram memo  
 riam sempiternam.

SEV DE LATINAE LINGVAE CAUSIS.

quæ sit quærela frontis tuæ? & in illo Plinij, miraculum sui  
& miraculum reputantium.

¶ De constructione verborum: & quod nullū  
verbum possit esse sine supposito. Cap. 20.

**Q**uemadmodū omnia constant ex materia & forma,  
ita etiā & oratio, in qua nomē uelut materia est, uer-  
bū autē uelut forma. Quare uerbū per se sumptū nihil est,  
nisi uox quedā: nihilq; prorsus significat, nisi accedat sup-  
positū. Ea; causa mouit Aristotele, ut cū de uerbo age-  
ret, in tertijs personis tantū exēpla ostenderet: ut, sanatur,  
egrotat, sanabitur & sanabatur. Si enim, egroto, uel sana-  
bor dixisset, orationē, nō uerbū pponeret. uerbū igitur per-  
sonale necessariō habebit antē se nominatiuū etiā in impe-  
ratiuo. Ridiculū enim est uocatiuū regi, à uerbo aut poni ab-  
solute. Nā cū dico, Petre ueni, ellipsis est, pō Petre tu ueni.

Hæc latius Plato in  
Sophista. & Stobæus  
Sermone 79. pag. 423.

In uerbis, quæ falsō dicuntur natura, placet Linacro &  
doctis intelligi nomen cognatæ significationis, quod, quia  
certū est, non exprimitur, incertū tamē solet exprimi. Mar-  
tial. lib. 4. Qua uicina pluit Vipsanis porta colūnis. Tibul-  
lus. Multus ut in terris deplueritq; lapis. Statius. Saxa plu-  
unt. Plin. lib. 2, cap. 56. Effigies, quæ pluerat, spongiarū fe-  
rē similis fuit. Virg. Nec de cōcussa tātum pluit ilice glan-  
dis. Idē. Porta tonat celi. Cic. Ioue tonāte & fulgurante.  
Terent. He aut. Lucescit hoc iam: si enim dispungendus est  
locus: nam, hoc, significat cælum. Plaut. Amph. Eamus Am-  
phitruo, lucescit hoc iam. Idem. Curcul. Nam hoc quidem  
haud multō post luce lucebit.

A pulcra. i. Florid.  
Totum istum spacium  
qua pluitur & mingitur.  
Adag. Neq; cōpluitur  
neq; sole aduritur.  
Non densior aere grando: Nec de

sic

Miseret, tædet, pudet, piget, pœnitet nominatiuū habent  
cognatum (ut diximus cap. 15.) sed hunc non expriment

I iij propter

Nec pudeat Phœbea hehs. ovid. ad Elionē.

propter certitudinem, incertū exprimunt. Terent. Adelp.  
 Quem nec pudet quicquam, nec metuit quenquam. Mar-  
 tial. Nulli Thai negas, sed si te non pudet istud. Hoc saltem  
 pudeat Thai, negare nihil. Plaut. Pseud. Quod pudet faci-  
 lius fertur, quā id quod piget. idem Mercat. Nihil Chari-  
 ne te quidem quicquam pudet. Lucan. Semper metuit, quē  
 seua pudebunt supplicia. Terent. Phor. Quare obsecro ne  
 plus minusue faxit, quod nos postea pigeat. Idem Adelp.  
 Non te hæc pudent? Seneca lib. 1. de ira. Ira ea tædet, quæ  
 inuasit, i. detestatur et odio habet. Gellius lib. 1. Verbis eius  
 defatigati pertæduissent. Cic. Plura me adte scribere pu-  
 det: ubi infinitum pro nominatiuo est. Plaut. Stich. Id ne pu-  
 det te. Idem Casina. Ita nunc pudeo, atq; ita nun pauco.

*Nec pudet Phœbea.*

*Statinus in Thebaïdes.  
 Si non dedecum tua in sa, talisq;  
 prementem.*

Delectat, iuuat, decet, oportet actiua sunt siue in tertiis  
 siue in aliis personis Cic. p. Balbo. Est enim aliquid, quod  
 non oporteat, etiam si liceat, quicquid uerò non licet, certè  
 non oportet. Terent. And. Adhuc Archillis, quæ adsolent,  
 quæq; oportent signa ad salutem esse, omnia huic esse ui-  
 deo. Idem Adelp. Hæc facta ab illo oportebant Syre. Co-  
 lumella lib. 5. cap. 12. Mulieres quidē (si lactis inopia præ-  
 munitur) cythisum aridum in aqua macerari oportet.

¶ Omne uerbum necessariò ferri in accusati-  
 uum, unde fit, ut nulla possint esse uerba  
 neutra.

Cap. 21.

○ Mac uerbum (passiuum excipio) in accusatiuum trā-  
 sit, qui accusatiuus aliquando nō apparet, quia cogna-  
 te significationis est: id est, quo uerbi actus exercetur: ut,  
 uiuo uitam, ambulo uiam uel iter, nato aquas. Nisi enim ui-  
 ta nobis esset, uiuere non possemus, nec ambulare uel ire  
 sine

*et saluare sine salute  
 nec ualere sine ualitudine.*

*Cæsar Scalig. cap. 110. Nam qui uiuit, hoc ipse  
 quod uiuit agit; unde agere uitā dici mus.*

*Plaut. Amph. 1. Ut profecto uiuam uitatam me, ser-  
 uatam in me, uiuam uitatam me, ser-  
 uatam in me, uiuam uitatam me, ser-*

SEV DE LATINAE LINGVAE CAUSIS.

sine itinere. Nam in rem fit transitio, non in uerbum: nec enim satis est dicere, uiuo, aut stupeo, nisi addas uitam aut stuporem. Verbum siquidem tantum copula est subiecti & praedicali (ut aiunt dialectici, qui etiam rediculi sunt in hac parte putantes esse propositiones de secundo adiacente: ut, tu curris.) ¶ Hic autem accusatiuus, qui non solet exprimi, triplici modo intelligitur. Aut enim est cognate significationis; aut est nomen uerbi: id est, infinitum; aut accusatiui Me, Te, Se, quando agens & patiens persona eadem esse intelligitur. Id exemplis illustremus.

Accusatiuus eiusdem rei breuitatis & elegantiae causa melius desideratur, quam apponitur: aliquando tamen adhibetur. Terent. And. Scena. ult. Hunc scio mea solide solū gauisurum gaudia. Caelius Ciceroni lib. 8. epist. Fami. epist. 2. Puto, ut suum gaudium gauderemus. Catull. Gaudia quae gaudeas. Cellius lib. 9. Latona gaudium gaudeat genuinum & intinum. Terent. Nam ego uitam duram, quam uixi usq; adhuc. Plaut. Stich. uitam ut uixissent in adolescentia. Cic. pro Murana. Si seruitutem seruiant. Quintil. Seruus est (ut antiqui dixerent) qui seruitutem seruit. Gellius. Diogenes Cynicus seruitutem seruiuit. Plautus saepe dicit seruitutem alicui seruire. Liuius lib. 9. Atq; ob eam rem noxam nocuerunt, & in Pandectis de noxalibus actionib. Qui noxam nocuerit. Plini. lib. 16. cap. 25. Quibusdam germinatur germinatio. Cic. i. Diuinat. iudicauit iudicium in clytū. Apuleius de mundo. Et cum mouetur spirat illos spiritus. Ouid. 3. Meta. Spirat auras. Catullus. Tam te basia multa basiare. Cato de re rust. cap. 134. Iane pater te bonas preces precor. Et in sacris, bonum certamen certauit. Gellius.

Necessario apponitur si adiectiui uelis addere ut supra uia ita uirg. 4. Enc. Furera furora. degera octati. Vita uini tur. Adrian. Adag. Endymionis somni. Vide Erasmi. moct. part. reciprocus ac et inde

Plaut. Amph. Ut profecte uiuay altatitan miser. Cic. Senect. Tertichm enim altatitan uixit. Plaut. Stich. Quae mihi admittor quae capio. Vita aegia piugra. lib. 12. Accusatiuus uitam uiuere. Quant. quae uita uita uiuere uolet. Philo. Philo. uerba operat. Idem.

lib

et Erasmi Graecorum regula. Quodlibet uerbum quantumuis intransitiuum cognate significationis accusatiuum ascendit. Homerus. Αἰρηκτορ πολεμορ πολεμηζομερ. λῆρορ ληρεῖν. ὑβριρ ὑβριζειν. δουλειω δουλειαν. Τοις τοις γαμορ γαμωμ. Αδριανω σε αδριανω. ἢ αδριανω ἢ αδριανω σε. Virg. En. 12. Hunc oro sine me finire ante furorem. Terent. Eun. Et quia consimilem miserat iam olim ille ludum. Idem. Phorm. cantilema eandem carus.

Horat. ire viam quam monstrat aques. *Ænei* 4. longam  
in comitata videtur ire viam. *Plaut.* *Pseud.* Priusquam istam  
pugniam pugnabo.

FRANCISCI SANCTII MINERVA

*Plaut. Aulul.* lib. 2. cap. 11. Triumphauit triumphos nouem. *Lactantius*  
*Testudinicum* lib. 7. cap. ultimo. Infatigabilem militiam Deo militemus.  
*Hibrago istum* In psalmis. Sacrificate sacrificium iustitiæ. Eo, uenio, ambu  
*grandiō gra* lo, progredior, procedo sepe habent accusatiuos iter aut  
*dum.*

**Vide Eray** uiam. Sed, ut dixi, elegantius subicitur res, certa, quam pro  
**in Syntax** fertur. Eodem modo Hispanè dicimus, ponenz las gallinas,  
**vis.** echan las uñas, cierran las bestias &c. *conduat misa.*

*Imperare iter* *Sally.* Quoties uerò nomen cognate significationis non est  
*itineris properadi* in usu, supplemus infinitum ipsius uerbi: ut, quò tendis? quò  
*causq. properadi* uadis? s. tendere, uel uadere. *Terent.* Videre uideor iam diē  
*Virg. Ita fuerit* illum. *Plaut.* *Trepidas* Epidice, ita uultum tuum uideor ui-  
*infit. Homerus* dere commeruisse. *Catullus.* Negat negare. *Plautus* sepe di-  
*Būde izvay.* cit, *Propera* properare, & *propera* festinare, & *pergis*

*Tendere iter,* *pergere*, *Terent.* Domum ire pergam. *Idem.* Placide ire  
*Virg.* perrexi. *Cic.* 1. *Diuinat.* Si ire perrexisset. *Liuius.* 2. *Puni-*  
*Posthuc orafero* co. Pergit deinde ire sequentibus paucis. *Virg.* Obseruans  
*Capricornus va* que signa ferant, quò tendere pergant. *Idem.* Que proxi-  
*dere pergit.* ma litora circū contendunt petere. *Idem.* Ita *farier* infit.

*Græcè ἐπὶ* *Cic.* 1. *Legū.* Sed iam ordire explicare de iure ciuili quid  
*φάραγ. i.* sentias. Hoc infinitum subintelligitur in neutris participiis  
*dixit dicere.* passiuis, pugnatum est, uentum est, dicendum erit.

*forte intelligit* Cum ab accusatiuo certo & cognato discedis, incertū  
*Negotium tā* apponas necesse est, quod poëta faciunt frequenter, sed &  
*σπάραξ.* oratores non raro. *Virg.* Corydon ardebat Alexin. *Idem*  
*hunc uocamus* pars stupet inuptæ donum exitiale Mineruæ. *Idē.* Requie-  
*accusatiuū sign* runt flumina cursus. *Idem.* Pars pedibus plaudūt *Choreas.*  
*nata, quia est* *Idem.* Inuenies alium, si te hic fastidit *Alexis.* *Staius* lib. 9.  
*Metaphora.* Tu dulces liuos, ululatiq; prelia gaudes. *Luëan.* Cum cor-  
pora nondum conclamata iacent. *Quid.* Funera flere. *Sta-*  
*tius.*

Multos incertos certare hanc rem uidimus.

*Plaut.* *Bacch.* uolamus, sol, Dias, Luna dei quatuor  
scelastiozem nullum illicere alterum.

*M. Varro* lib. 2. cap. 1. *Rustica.* Sicut animalibus cum  
propter eandem utilitatem qua possent syluestria  
deprehenderent, ac concluderent, & manserent.

SEV DE LATINAE LINGVAE CAUSIS.

tius. 1. Sylvarum. Aquas plaudere natatu. Idem. 5. Syl. Nec  
 fratrem cestu uirides plausere Therapnae, Ouid. Tu ue-  
 rò tua damna doles. Statius. Bellorum extrema dolemus.  
 Persius. Dicenda tacendaq; calles. Idem. Iratum Eupoli-  
 dem pręgrandi cum sene palles. Horat. Hoc studet unum.  
 Ouid. Spirant auras. Idem. cauere frigora. Iuuenal  
 Quem munere palpat Charus. Martial. lib. 1. Indulgent pa-  
 tientiam flagello. ¶ Sed apud poetas innumera sunt, pro  
 feranus aliqua ex aliis. Cic. Nos Barones stupemus. Idē.  
 Ceram ac crocum olere. Idem. 2. Acad. Disputare rationē.  
 Idem pro Marcello. Sed tamen eiusmodi, nescio quomodo,  
 etiam dum audiuntur, obstrepi clamore militum, uidentur  
 & tubarū sono, adiuuē dixisset, obstrepere res, Idē. Att.  
 Propter uicinum malū ne uictoria quidē plauditur, & in  
 Orat. Nemo pedē supposit in illo iudicio. Sueton, Troiā  
 lusit turba duplex. Idem. Ludit assiduē aleam. Idem. Volun-  
 tariam occubuisse necem. Idem. Pertesus ignauiam sua:  
 & pertesus morum peruersitatē. Cic. Nihil est, nec quod  
 metuanus, nec quod gaudeamus. Idem pro sext. Mēum ca-  
 sum doluerunt. Idem. 1. Tusc. Cum grauius filij mortem  
 mereret. Idem. 2. Acad. Disputare rationem. Suetō. Se-  
 quoq; respondit uicem eorum dolere. Terent. Ceteros  
 ruerem, Liuius. Romano bello fortuna Alexandrum Ma-  
 gnum abstinuit. Idem. Bellum ab innoxio populo abstine-  
 bat. Suet. Et magnificentia omnes antecessit. Tacitus. Plu-  
 res bellum pauescere. Cato de re rust. cap. 5. Scabiem peco-  
 ri & iumentis cauetō. Plaut. Curc. Lucas cereum. Liuius.  
 Qui pugnantes mortem occubuisse. Cic. mortem occun-  
 bere. Gellius. lib. 16. cap. 11. Pysillos re aquari defectos eam  
 iniuriam

infra

circum  
di res

sub  
sup.

aquaria

Cic. coire  
 societatem.  
 Idē. q. Rosc. An  
 quod a uobis  
 hoc pugnari  
 uideo.  
 Plaut. Pena  
 trara padem  
 Gallius lib. 2.  
 Cassia iudum  
 migravit.  
 Plaut.  
 quia id quod  
 amo carco.  
 Hinc illa in  
 passiva. ca-  
 pus currit  
 & mare na-  
 uigatur. Ho-  
 rat. Magna  
 minorue  
 foro. & Totā  
 nihil dormi-  
 tur

Cic. q. Caelio. Propterea quod egomet tam triste genus orationis  
abhorrebat.

Terent. Quinta hoc potius stude. Cic. unum omnes sentitis, unam omnes  
studebis. Horat. Hoc studet unum.

FRANCISCI SANCTII MINERVA

Linus. Remit  
timus hoc tibi  
ne vicam nostram  
irascaris.

iniuriam grauter Austro successisse. Solinus cap. 4. Palā  
tes animos ablanditur. Cic. Inflare sonum. Idem pro Sexto.

Histrionum casum meum toties collachrymauit. Idem ad octa-  
uiū. Assentitur omnia. Idē de orat. Cetera assentior Cras-  
so. Idem. Nam neque ego assentior illud Theophrasto. Idē.

Desino artem. Idē Att. Pergo praterita. Idē Att. Ad quid  
laboramus res Romanas. Plin. libro 19. cap. 4. Decoquant

alij aquas, mox & illas hyemant. Idem lib. 9. hyemato la-  
cu. Plaut. Ego meam rem sapio. Persius. Nec demorsos sa-  
pit ungues. Terēt. Nimis me indulgeo. Plaut. Epid. Asta te

amabo. Tacitus lib. 4. Qui nunc patientiam senis & segni-  
tiam iuuenis iuxta insultet. Incubare oua saepe legimus

apud Plinium & Columellam. Plaut. Fortiter malum qui  
fert, idem post potitur commoda. Terent. Adelph. Hic po-  
titur gaudia. Ibidem. Sine labore patria potitur comoda.

Idem. Operam abutitur. Nec est archaismus, ut multi pu-  
tant, sed alius accusatiuus loco nominis uerbalis. Ita Tacit-

tus lib. 3. Suprema erga memoriam filij sui munera funge  
rentur. & lib. 4. Et hominum officia fungi. & lib. 16. Ne

codicillis quidem (quod plerique pereuntium) Nerone  
aut Tigellinum, aut quem alium praepotentium adulatus

est. & lib. 15. At nunc colimus externos & adulamur. Et  
in uita Agricola. Eo ad extremum inopie uenere, ut infir-

missimos suorum mox sorte ductos uescerentur. Plin. lib. 8.  
cap. 50. Ideo si caprinum iccur uescantur. Suet. August. mi-  
nore molestia senatoria munera fungerentur. Tacit. lib. 1.

Cuncta q; quae Germanicus indulerat, seruauit. M. Cato.  
cap. 143. Vicinas aliasq; mulieres quam minimum utatur.

& cap. 142. de uillico inquit. Quomodo uillicam uti opor-  
tet.

Suat. Tiberio. 36.  
Artem desinere  
promittentibus  
uena de dedit.

Gell. lib. 2.  
operam super  
sedent.

Plin. lib. 2. cap. 1.  
Si uina omnes  
incubaret.

Terent. Heaut.  
Hominis fungi  
et separatis  
functus officia

ut ex hac rem.  
Erasmi in uita. 31.  
Inuenit quidam  
numero potest

Plin. 10. Aues  
nonnullae uescen-  
tur ea qua ra-  
puae pediu.

Cap. 11. Qui  
abstinere uescen-  
tur.

Donec omnem  
cafem cum  
melle abusus  
freris.

Plant. Mostell. Tu tibi istos habebas turturas, pifcas, aues sine me  
alianto fungi fortunae meas. Ibidem. Si illum infernibus solum.

Major flus tuis & schinus nec boni  
nec uerbalis fictus est officia uiri.

Vide  
Suet.  
August.  
cap. 35.  
et 10  
mant.

lunen.  
Sicut  
lunen.  
in uita  
lunen.  
lunen.

Pertoesus ignauiam suam. Suet. Aug. Pertoesus hic actiuum  
praeteritum est. Abibi ~~non~~ Pertoesus mori peruersitatem.  
Vig. Inuenies alium sicut hic fastidit Alexia. si quis uti uolens. Aulus.  
Plaut. Asin. cetera quae uolumus uti, Graeca mercamur. Idē.  
Philippus. Inuenit in Suet. Diuimus abutor hanc rem & hanc  
re. Plant. Baccch. Hoc autem abusus



SEV DE LATINAE LINGVAE CAUSIS.

tet. Terent. Mea bona utantur. Terent. Phor. Quas, cum res aduersae sient, paulo mederi possis. Plaut. Mostell. Ego istum lepide medicabor metum. Ex his & aliis multis error Quintiliani conuincitur lib. 1. cap. 5. qui solæcismum putat esse, ambulo uiam. At Cicero dixit pro Quintio, ambulare maria, & pro Murena, inire & redire uiam. Caesar. Processerat uiam tridui. Virg. Itq; reditq; uia toties.

Cic. p. Milone Nobis hoc finem da relinqueret.

irruit se  
Vide Donatu  
tot res, et uia  
in sacris  
Gaudeat se  
tellus  
illa lauit  
Maphus. se or  
cum uiridante solo  
fons lena fluebat.  
lib. 3. Anton.

Eleganter subicitur accusatiui Me, te, se, quoties agēs & patiens persona eadem esse intelligitur: ut, aestuo, caleo, frigeo, nupsit regi, nox precipitat, labentibus annis, uoluentia plaustrq; emergo ex malis. Cic. de Arusp. resp. Tum se emergit, & fertur illuc. Cornelius. Nepos in Attici uita. Quibus ex malis ut se emerferat. Terent. Vnde emergi non potest. Suet. in Tiberio. Carmilius me euasit. Virg. Sic fata, gradus euaserat altos. Vide Gell. lib. 18. cap. 12.

¶ Recensetur aliqua uerba, quae hactenus falso habita sunt neutra. Cap. 22.

In uerbo Deficio hoc patet cum in passina dicitur  
Ouid. in Oenone Deficio, prudēs artis ab arte me

**N** vbo actiuum est, & cooperire significat, ut, obnubo. sed quia foeminae, cum uiris tradebantur, caput uelare solebant propter pudorem, tractum est hoc uerbum ad nuptias tantum foeminarum. Hunc morem. indicat Claudianus: Flamea sollicitum praeuelatura pudorem. Itaque, illa nupsit regi, se, uel uultum, uel caput. Et nupta dicitur, quae se ipsam nupsit alicui. i. uelauit.

Cedere alicui, & cedere locum alicui. Cic. 2. Natu. Deorum. Quacumq; enim imus, quacumq; mouemur, uidetur quasi locum dare & cedere. Idem de claris Orat. In dando & cedendo loco. Statius. Hortantur ceduntq; locum. Vlpianus cedere actori supplicationes dixit. Virg. Aeneid.

3. Ma-

Barro. Gellius lib. 16. cap. 19. Vitam modo sibi ut parcerent. Impendo. Quintil. in prol. Est impetratam studijs meis quietem quae per viginti annos arudiendis inuenibus impenderam. Suppeto. Sallust. de rep. ordi. Mihi quidem quae mens suppetit, eloqui non dubitabo.

Desperabatur promissi praemia martis. Cic. Q. Frat. Sine restitumur siue desperamur. idem. Alt. Pacē enim desperamui. Desperamus.

En. 1. Dixit et auertens roscia uerba respulit.  
En. 4. Scip. & ocubus auertit, & auferit.

FRANCISCI SANCTII MINERVA

Vig. cadat  
ius propriū.

Sueton. 266.

Abhorrens famā  
Liuuij f.

Plant. Metuo  
meo amari mora

Plin. 18. Tria nāq;  
tempora fructib;  
metuebant.

Cic. Att. 9. qd  
cū eadem metua  
ab hac parte.

Plant. conſulam  
hanc rē omni  
uoy.

Caueor iſte  
mor. citat Adri  
amus. Cic. q. 1.  
Am. 120. p. 120  
uentur.

Propert. lib. 4.  
Poſcis ab inuita  
verba pigenda  
lyra.

Vapula dā.  
Liuuij. Dī nullū  
faſtidit genus. pan  
faſtidit.

3. Marito uxorem cedere. Vnde sunt composita concedo, quod nemo negauerit actiuum esse, & tamen sepe desideratur locus. Terent. Tempus est concedere. Idem concedas aliquod ab eorum ore. Idem. Concede ad dextram. s. locum uel te. Hinc illa: in hyberna concedere, in ditionem, in imperium, in turbam. Succedo nūquam legi cum accusatio, sed necessario deest locus aut aliquid simile, ut successio: quia in passiuā sepe legimus: succeditur Ciceroni: cura ut mihi succedatur.

Timco te actiuum est, timco tibi, a te, de te item actiuum: quia deest malum seu incommodum. Plin. libro. 14. cap. 16. Dant agris, quibus uini noxam timent. Liuius. 4. Famem cultoribus agrorum timentes. Cic. 3. Verr. Nullam maiorem pupillo metuunt calamitatem. Brrat igitur Valla lib. 3. cap. 45. maiorem pupillo metunt calamitatem. <sup>id est. et ante insidias metunt.</sup> <sup>Verr. 3. Nullam</sup> <sup>caueo.</sup>

Caueo tibi, prospicio tibi, consulo tibi actiua sunt, deest utile uel necessarium. Frigora & iurgia caueo dixit Qui dius. Cicero, caueo insidias, & intemperantiam. Idē Att. Caleni interuentum cauebis. Et. i. Oratorio. Quam sit bellum caueo malum. Liuius. Qui sedem senectuti uestrae prospiciunt. Cic. Ego tibi ab illo consuli mallem.

Ex passiuā uero uoce multa intelliguntur esse actiua. Cic. 13. Philipp. Nec si non obstat, propterea etiam permittitur. Liuius. Decemuiro obstrepebatur. Plaut. Capt. Quasi cum caletur cochleae in occulto latent. Idem Truc. Cum caletur maxime. Cato cap. 5. Pecori & bubus diligenter substernatur. Stautius. 5. Theba. Sumisq; insistitur astris. Virg. Stratoq; super discumbitur ostro.

Huc pertinent uerba obsequij, medendi, auxiliandi &

sup. bis. Indulgeo. Marcial. 1. Indulgent patientiam flagello. Sueton. Domit. 8. <sup>contra-</sup>  
exilium indulget. Ibidem. 11. Ut damnatis liberum mortis arbitrium indulgeatis. Idem Claud. 21. cū assidario indulgisset rudem. Vbi nō feniter aboleo. Sueton. Claud. 25. Druidarum religionem apud Gallos <sup>errat</sup> <sup>(Erasmi)</sup>  
diuā immunitatis peritus aboleuit.  
ignosco. Propert. lib. 2. Iupiter ignosco caetera fuerat tua.  
tamq; paulū moles aquam aminebat. Curti. li. 4.

## SEV DE LINGVAE LATINAE CAUSIS.

contraria. Tum multa composita cum, IN, ut, incumbo, insudo, inuigilo, inhiio, intendo, quæ datiuum semper expriment, & accusatiuum celant: quia in promptu est. Aliquãdo tamen exprimitur accusatiuus. Horat. Si non intendis animum studiis, & rebus honestis.

¶ De verbis actiuis, quæ in actiua retinent  
vtramq; significationem. Cap. 23.

V Alla lib. 3. cap. 46. confuse nescio quid agit de his uerbis, capit, posset, desinet. Tu autem notabis octo esse uerba, quæ in actiua possint explere utramq; significationem, si modò ritu passiuorum construuntur. Hæc sunt. Incipio, Capi, desino, debeo, soleo, possum, queo, nequeo. Hæc ferè solent habere infinitum pro persona patienti: ut, possum scribere: passiuè infinitum uertitur in passiuũ sic: scribi potest à me. Quòd si infinitum habeat quoq; personam suam patientem, persona illa patiens erit suppositum & infinitum uertetur in passiuum: ut possum scribere carmina: carmina possunt scribi à me. Nam infinitum cum suo casu, habetur pro duplici accusatiuo eiusdem rei: porò accusatiui eiusdem rei ambo mutantur in passiuua: ut, uoco te poëtam: tu uocaris à me paëta: sic, soleo legere poëtas, poëtae solent legi à me. Quòd si infinitum passiuè non potest uerti: passiuè non recurret oratio: ut, in re feruentissima soles frigere, in frigidissima calere. Causam huius constructionis hanc esse puto: Hæc uerba habuerunt passiuam uocem, quæ uox uisa est incõcinnior, & in desuetudinem abiit. Nam cum dicitur, desinas scribere carmina. passiuè dicendum erat, carmina desinantur scribi à te: elegantius uisum est, carmina desinant scribi.

Affera-

Afferamus aliqua exempla horum uerborum in passiu.  
 Liuius lib. 9. Armatus, cum ab neutris praelium incipitur,  
 nox oppressit. Quintil. lib. 9. Optimè incipitur à longis. Li  
 uius lib. 3. Contemni capti erant à finitimis populis. Caelius  
 Ciceroni. De damnatione feruenter loqui est ceceptum Cic.  
 in Bruto. Veteres orationes post nostras à plerisq; legi  
 sunt desitæ. Terent. Forma non quita est nosci. Lucret. lib.  
 1. Suppleri summa queatur. Ennius. Nec retrahi potestur  
 imperiis. Virg. Quod fieri ferro liquidòue potestur ele  
 ctro. alij legunt potest. Caelius. Bellum geri poteratur. Qua  
 drigarius. Cum non possetur decerni. Volo uis, hanc ui  
 detur habere naturam: ut, uolo scribere librum, liber uult  
 scribi à me, sed non est huius classis: nam hic duæ sunt uolū  
 tates: ut ego uolo, & liber uult.

¶ De uerbis passiuis, & quòd nulla sint imper  
 sonalia, quæ uocant, passiuæ uocis. Cap. 24.

**P**ASSIUA uerba non habent personam agentem in dati  
 uo, nisi poëtice & Græcorum imitatione. Virg. Nec  
 cernitur ulli. Illud uerò Ciceronis, Nec senatui, nec popu  
 lo, nec cuiquam bono probatur: male intelligunt quidam.  
 Nam datiuus ille in actiua erat antè: ut, Tu doctis hæc non  
 probas. Ita dicimus, Sume tibi pecunias mutuò. sumantur ti  
 bi pecuniæ mutuò. Martial. A caupone tibi fæx Leletana  
 petatur: hic (tibi) non est agens persona. Videris tibi doctus  
 actiuè dicitur: ut, appares tibi doctus.

aliud est hæc  
 res probatur à  
 me, et hæc res  
 probatur mihi.  
 Nec partici  
 pia quidē  
 hnt datiuū  
 agētis perso  
 na, nam hic  
 sunt nomi  
 na participia  
 lia quia cu  
 sū amittunt.

Increbuit in hac parte peruersa grammaticorum opi  
 nio credentium posse fieri, ut datiuus, qui in actiua est, uer  
 tatur in nominatiuum. Quod, cum nulla ratione nitatur,  
 nec fieri possit, aperiendum erit. Illorum exempla sunt,  
 Persua-

SEV DE LATINAE LINGVAE CAUSIS.

Persuadeo tibi, tu persuaderis à me. Interdico tibi, tu interdiceris à me. Impero tibi, tu imperaris, & Horatius dixit, Idoneus imperor, iubeo tibi, tu iuberis à me. Inuideo tibi, tu inuideris. Horatius dixit inuideor. Respondeo in uniuersum omnem nominatiuum in passiuâ, esse accusatiuum in actiua. Nam tu persuaderis à me, actiue dicitur, ego te persua-deo: ut, suadeo te honesta, & suadeo tibi honesta. Interdico tibi ludum, dicitur: Tu interdiceris à me, falsum & barbarum est. Hoc probat Valla, illud improbat: quia perperam omnia tradidit. Impero & iubeo te dicimus frequentius, quàm tibi. Imò & iubeo tibi raro reperias, cum illud sit frequentissimum. Inuideor, dixit Horatius in arte poetica, sed nouè admodum cum ipse ageret de nouandis uerbis. Sed quid mirum, nam Ouidius in epistola Laodomæ dixit: Troadas inuideo. & passim inuenias, illum nobis inuidet fortuna.

nisi actiue dicas ego te interdico ludo.  
ad imperandum.

Græci, Βασταίνω σοί, τίς σε dicunt inuidet tibi et te.

Verba, quæ accusatiuos habent cognatæ significationis. in tertiis passiuorum personis tantum inueniuntur, atque adeo sine supposito frequentius. Quia quemadmodum in actiua persona patiens cognatæ significationis subicitur, ita quoque eadem in passiuâ supprimitur: ut, curritur, uiuitur, statur, egetur, peccatur. Quæ nec impersonalia sunt, nec actiue significant, nec generalitate (ut uocant) astringuntur, nec à neutris uerbis (quæ nulla sunt) descendunt. Hæc quatuor monstra mihi sunt in præsentia debellanda. Ac primò, cur uocas impersonalia, in quibus certa persona, certusq; numerus cernitur? Sed dicis. Curritur, non est tertia persona, sed aliquid simile tertiæ personæ.

Sed ut certa semper supprimitur sic incerta necessaria adponatur. Horat. Magna minorue forosires certabitur unquam. infra

Quis ferat has ineptias? Num campus curritur & mare  
 nauigatur, est etiam simile tertiæ personæ, an tertia perso-  
 na? Sed rursus ais. Si non adsit suppositum, impersonalia  
 sunt uerba. Imò nihil sunt, nisi dictiones quædam, si ca-  
 reant supposito. Namq; nisi per orationē, nihil significa-  
 tur. Oratio autem non constabit sine nomine & uerbo:  
 id est, materia & forma. Sed Priscianum audiamus. lib. 18.  
 Sed si quis & hæc omnia impersonalia uelit inspicere pe-  
 nitus, ad ipsas res uerborum referuntur, & sunt tertiæ  
 personæ, etiam si prima & secunda deficient. Quod etiam  
 in libris de uerbo ostendimus. Vnde & participia inue-  
 niuntur: curritur cursus, hinc decurso spatio. Cur hæc au-  
 rea prisciani uerba nunquam intellexerunt grammatici?  
 credo ut miseri semper uiuerent. Idem Priscianus paulò  
 post. Teste (inquit) sapientissimo domino & doctore meo  
 Theotisto, quod in institutione artis grammaticæ docet,  
 possunt habere intellectum nominatiuum ipsius rei, quæ in  
 uerbo intelligitur. Nam cum dico curritur, cursus intelli-  
 gitur: & sedetur, sessio: & ambulatur, ambulatio: & eue-  
 nit, cunctus: sic & similia. Quæ res in omnibus uerbis,  
 etiam absolutis, necesse est ut intelligatur: ut, uiuo uitam, et  
 ambulo ambulationem, & sedeo sessionem, & curro cur-  
 sum. Hæc Priscianus. In quem stultè admodum & proter-  
 uè debacchatur Augustinus Saturnius lib. 3. cap. 11. in suo  
 Mercurio, quem nostra Minerva uerum edocebit. Illius  
 uerba subiiciam, quæ forte Midas istos demulcebunt. Nec  
 satis habes Prisciane, quòd ipse te leuitatis infamas, nisi  
 etiam Apollonium ac Theotistum præceptorem tuum unà  
 tecum

tetum traducas. Impersonalia, inquis, passivæ terminationis, quibus nos frequenter utimur, teste sapientissimo domino Apollonio & doctore meo Theotisto &c. Dij te eradicient Prisciane, cum tua istac doctrina. Sic enim primum tollis omnia impersonalia passivæ terminationis. Nā quibus verbis nominativus eiusmodi intelligitur, ea manifeste sunt personalia. Deinde sic omnibus passivam tribuis significationem. Verum enimverò ratio tamen istac tua, si vera, ea per totam verbi naturam, ac declinationem subintelligatur oportet. Nec enim maior ratio presentis, quàm cæterorum temporum. Itaque qui nominativus verbo presentis temporis per te intelligitur, idem vel per reliquam totam eiusdem verbi naturam ac declinationem subintelligatur, necesse est. Quare cum tacitus ait, procursum est ab hoste, & Cicero, Nō est ab isto perseceratum, & Plinius Cæcilius, à quibusdam reclamatum est, et Liuius, migratum est à parentibus. Hic ego te, hic te apello Prisciane. Dic obsecro, tuus iste nominativus, an huiusmodi verbis præteriti perfecti temporis rectè intelligi potest? Nullum enim excipis nec tempus, nec impersonale. Age, periculū faciamus. Procursum est procursum? Diui boni, quid hoc portenti est? Perseueratū est perseueratio, reclamatum est reclamatio, migratum est migratio, sessum est sessio, ambulatum est ambulatio, peroratum est peroratio? O mentis inops. Qui intellectus iste tuus, quæ decendi ratio, vel potiùs quænam insania? Si satis iam debacchatus es insulsissime Mercuri, audi Mineruam nunc iam. Hoc argumento tollit Priscianus verba impersonalia: fa-

teor: quid deinde? Nonne satius est tua hæc impersonalia  
 tollere, quam tot ineptiis tempus consumere? Deinde, sic  
 omnibus passiuam tribuit significationem: fateor id quoq;  
 Nam quæ dementia est dicere, curritur, todos corren:  
 pugnatur, todos pelean: uiuitur, todos uiuen: cum dicen-  
 dum sit, corresse, peleasse, uiuisse. Sed si maximè instes  
 actionem significare, concedam quoq;, dum idem tu mihi  
 in quocunq; uerbo passiuo concedas. Nam si, curritur  
 ab omnibus, significat omnes currunt: Deus amatur ab  
 omnibus, significat omnes amant Deum: & cadimur ab  
 hostibus, hostes cadunt nos. Nam uox actiua & passiu  
 non differunt, nisi ut accliuæ & decliuæ. Inspecta ta-  
 men natura passiuorum, dico, curritur, statur, itur, pas-  
 sionem meram significare, carereq; sensu communi qui  
 contra sentiat. Tertium, quod Prisciano obiicis, hoc est:  
 Si in curritur & ambulatur, intelligitur cursus & am-  
 bulatio: in cursum est, & ambulatum est, intelligetur cur-  
 sus & ambulatio. O mentis inops, quæ te uexat demen-  
 tia? Nonne grammaticorum dogma est, omnia uerba pas-  
 siuæ terminationis carere præteritis? Quæ te impulit in-  
 sania, ut diceres, procursum est, perseveratum est, esse præ-  
teritum perfectum. Participium es ò bone, ne erres, &  
 cum participium dico, nomen adiectiuum dico. Itaque,  
 decursus est campus, decursa est ætas, decursum est spa-  
 cium. Sed quoties participium ponitur sine substantiuo  
 in neutrali singulari terminatione, aut tota oratio pro  
 substantiuo est: ut, nunciatum est regem uenire: aut infi-  
 nitum: id est, nomen uerbi intelligitur: ut, pugnatum est  
 pugnare,



pugnare, certatum est certare, lectum est legere. Nam ut dicimus, propero properare, sic properatum est properare. quod ostendimus cap. 21. Prisciani doctrinam amplectitur diligentissimus Linacrus lib. 6. cum agit de ellipsi: Apellatiuum (inquit) aliquod eiusdem significationis, cum absolutorum ceterorumq; neutrorum passiuus iis, quae nos genus uocamus tertium passiuorum, subaudiri, Apollonio ac Prisciano placere uideo: ut, cum sedetur sessio: cum curritur cursus. Quod si quem tantorum uirorum auctoritas mouet, non uideo, cur is uerba huiusmodi impersonalia statuatur, potiusquam personalia per defectum nominatiui, qui uidelicet certus est, & propterea non apponitur. Nam qui ab hoc eiusdem significationis nominatiuo diuersus est, is, ut pote incertus, plane proferendus est. Ouid. Iam tertia uittitur aetas. Martial. Tota mihi dormitur hyems. Horat. Magna minorue foro si res certabitur unquam. Hec ille. ¶ Nunc consutanda es generalitas illa, quam mordicus semper tenuit noster Nebrissensis. Liuius lib. 8. Creditum uulgò est subueniri frumentatoribus à legato potuisse. Ibidem. Cessatum est à milite. Cic. Att. A me ita praecautum & prouisum est. Idem. Nihil est à me inferuitum temporis causa. Idem. Si meis rationibus prouisum à te esse intellexero. Idem. Consuli te à Cesare scribis, ego tibi ab illo consuli malle. Idem pro Deiotaro. De multis amplissimis uiris, quibus semel esse ignotum à te oportet. Idem. Atti. Sed est quod abste mihi ignosci peruelim. Idem. Quanquam à te quidem cumulatissime satisfit mihi. Idem. Satisfactum est iam, à te uel offi

*Suet. Caes. 27. quam ut subueniri posset à se.*

cio uel familiaritate. Et in .i. oratorio. Sed sentiebāt celerius esse multō, quā ipsi uellēt, ab eo perorātū. Idē Agrar. A tribuno plebis saepe intercessum est. Pro Cluent. A Publio Canutio grauiter dicretur. In Philipp. Milites ueterani uolebant sibi ab illo imperari. Tacitus. Trepidabatur à casare. Seneca. Sapienti nocetur non à paupertate, non à dolore. Sallust. A me quidem pro uirili parte dictum & adiutum fuerit. Hircius. A Casare cauebatur. Gellius lib. 1. Subtilissimè à Theophrasto disputatur. I nunc, & barbaram illam generalitatem defende. Hinc iam liquidò constat (quod quartū erat) hæc uerba nō posse à neutris descendere. Quoniam hæc merè passiuā sunt, neutra uerò funditus perierunt. Sed respondent isti, nullum esse uerbū, quod non possit esse neutrum, si sine accusatiuo proferatur. O fecundam & ingeniosam ignorantiam. Quasi uerbum possit esse sine transitione. Si est persona agens, quid agit? An agit, & non agit? Nonne cum dicis, Amo, aliquid intelligis te amare? Nam statim querit, qui non intelligit, quid amat? aut quam? Colligimus ergo, nullum esse imperfonale, quod isti fingunt: & curritur, amatur passiuā uerā esse, & passiuorum more construi cum generalitate aut sine illa, & passiuē significare.

¶ De uerbo Sū, Interest, & refert: & quod meā, tua, sua interest, sint accusatiui plurales. Cap. 25.

**S**I genitiuus uerbis nō adhæret, cur dicimus, Præcepto ris est docere? Quia subintelligitur officiū, negociū, munus, iudiciū, siue consilium. Quæ nomina saepe exprimiuntur. Cic. Tuum iudiciū est. Idem. Vestrum consilium est, non

non solum meum. Horat. Quod sit conscripti, quod iudicis officium. Terent. Nunc tuum officium est. Inde fit, ut meum, tuum, suum, nostrum, uestrum dicamus in genere neutro propter substantiuum subintellectum: & cuium uel cuius. Itaq; dicemus, Patris est, & paternum est, & paternum officium est castigare filios. Sic, meum est docere, non mei, quia mei, tui, sui, significant passionem.

Idem contingit in uerbis interest & refert. Nam dicimus, Regis interest gubernare, & non dicimus, Mei interest gubernare. Sed progenitiuis passiuis adhibemus accusatiuos plurales mea, tua, sua, nostra, uestra, Cuius, uel cuius. In uerbo quidem Interest, propter praepositionem Inter: In uerbo autem Refert, propter eius naturam (actiuum enim est) ut, hic puer refert patrem, uel refert mores patris. Itaque, hoc refert mea negotia: id est, representat. Hic ualde miror grammaticos, qui potuerint comminisci mea, tua, sua, esse ablatiuos. Cur etiam in similibus non idem sentiunt? Cic. Te amo, tua tueor. Idem. Mea omnia in te consistunt. Idem. In quo omnia mea posita esse decreui. Caesar. Se suaq; omnia eorum potestati permittere dixerunt. & in sacris, In propria uenit. & alibi. Ex illa hora accepit

Sed probemus, haec uerba personalia esse, & suppositum habere, deinde rationes exquiremus, quibus mea, tua, sua, non esse ablatiuos ostendamus. Cic. Att. lib. tertio. epist. 19. In Epirum me statui conferre, non quo mea interest loci natura. Pro Sylla. Vestra, qui uixistis, hoc maxime interest. Et. 4. Fini. Mihi non satis uidemini considerare, quid intersit naturae quaeque progressio. Idem

K iij Att.

nam discipulus in sua.  
sic enim legi debet  
ex Graeco. εἰς τὸ ἐἶδῃ.

Att. Quid refert una sententia omnium? Varro libro. 1. Hæc uarietas maximè refert. Plin. lib. 7. cap. 6. Incessus in grauida refert. Et lib. 11. cap. 51. Multum tamen in his refert & locorum naturam. Et lib. 14. Manifestum est patriam solumq; referre, non uuam. Et libro. 16. cap. 33. Neque terre tantum natura circa has refert. Et cap. 39. Infinitum refer lunaris ratio. Et libro. 17. cap. 24. Refert & tempus anni. Et lib. 18. cap. 21. Plurimum enim refert soli cuiusq; ratio. Et cap. 31. Longitudo in his refert, non crassitudo. Et lib. 21. Diximus & terram referre plurimum. Plaut. Mostell. Pluma haud interest, patronus an cliens suat. Idem Bacch. Triduum non interest ætatis, uter maior fiet. Idem Persa. Ex puella percontari uolo, que ad rem referunt. Teret. Adelph. Quid ista AEschine nostra? aut quid nobis cum illis? Vbi deest intersunt, aut referunt. Sed hoc nunquam uiderant grammatici.

Mea tua, sua, si essent ablatiui, solæcismum fecisset Cicero, cum dixit, Mea interesse arbitror; nam erat dicturus, meam interesse. Sed occurrent isti cum sua fictitia regula, Quod impersonalium infinita non degenerant à constructione cætorum modorum. Quam falsam esse ostendit Plinius in exemplis citatis: patriam referre, solum referre non uuam. Sed rursus ab ipsa ignorantia matre, ut Anteus olim à terra, uires resumunt, & ita disputant. Quomodo disunctè dicimus, In re mea est: ita coniunctè dicimus, Interest meam, nam interest componitur ab In & re & est. Audite moriones seriò ridiculi. Latini non dicunt, In re mea est, pro ad me pertinet seu spectat, sed

Plaut. Stich. Quid ad rem istud refert.  
Idem Bacch. Quid id ad me aut ad meam rem refert.

SEV DE LATINAE LINGVAE CAUSIS.

sed in rem meam est, aut è re mea est. Deinde, Partes in cõ  
positione, ut nihil significant teste Aristotele, ita partes  
alias non respiciunt: nec enim dicas: agricola boni, ueridi-  
cus oraculi, omnipotens parte, ut parte respiciat ad omni-  
Quare missis his tricis. Interest componitur ab inter &  
est. Horat. 1. Serm. Saty. 2.

inter  
multam

Rem patris oblinare malum est ubicunq; : quid inter-  
Est in matrona, ancilla, peccesue.

Horat. mi  
rabor si  
sciet inter

Tritum præterea est præpositionem etiam adiunctam  
uerbis casum suum regere : ut, aduoluitur genua illius.  
Horat.

Nil intra est oleam, nil extra est in nuce duri. Sed &  
donatus in illo Terentij in Phornione : Qui tua (malum)  
id refert? Et quere (inquit) quomodo dicatur : Quid mea,  
quid tua? an deest AD? ut sit, ad mea, ad tua? Hæc ille.  
Quibus innuit esse accusatiuos, non ablatiuos. Adduce-  
rem multa Terentij & Plauti carmina, quibus proba-  
rem breuiari mea, tua, sed pudet ampliùs in re comper-  
ta commorari.

Cic. epist. 16.  
Quamquam  
magis ad ho  
notam nostru  
interest.

¶ Infinitum semper capi pro nomine, nunquã  
pro imperfecto indicatiui. Recte q; dici, Tem-  
pus est abire. Cap. 26.

**A**Nxiè torquentur grammatici, dum disquirunt, quæ  
uerba determinent infinitum, nec adhuc aliquid cer-  
ti proferre potuerunt. Ego illos hac cura libero. Infinitum  
semper & ubiq; ponitur pro aliquo nomine, quare rege-  
tur ut nomen. Sed hæc sigillatim ostendamus.

Pro nominatiuo: ut, uirtus est uitium fugere. Scire tuum  
nihil

nihil est. Delectat me cantare. Opus est uenire &c.

Pro genituo. Cic. In spem uenio tuum aduentum ap-  
propinquare. Ouid. Signa dedi uenisse Deum. Plin. lib. 7.  
cap. 55. Puerilium ista deliramentorum, auidēq; nunquam  
desinere mortalitatis commenta sunt. Cic. Habere m̄q; in  
animo nauem conscendere. Sic tempus est uenire: hora est  
abire, pro ueniendi & abeundi. Quod, quia Græcorū mo-  
re tantum dici, & poëtis concedi credit Valla lib. 1. cap.  
25. exemplis oratorum confirmabo. Cic. 3. Nat. Deorum.  
Magnam molestiam suscepit Chrysippus reddere rationē

uocabulorum. Idem. Verr. 4. Potestas erat sese grauiſsi-  
ma leuare infamia. Pro Quintio. Te consilium capisse ho-  
minis propinqui fortunas funditus euertere. Pro Cecinn.  
Nullam esse rationem amittere eiusmodi occasionem. Et.  
3. Rhet. Tempus est ad cæteras partes rhetoricæ oratio-  
nis proficisci. In Topicis. Sed iam tempus est ad id, quod in-  
stituimus, accedere. Sallust. Non fuit mihi consilium socor-  
dia atq; desidia bonum ocium conterere. Idem. Quibus in  
ocio uel magnificè uel molliter uiuere copia erat. Liuius  
lib. 30. Tempus esse aut pacem componi, aut bellum graui-  
ter geri. Caesar. 7. Gall. Consilium ceperunt ex oppido  
profugere. Ibidem. Consilium capit omnem à se equita-  
tum noctu dimittere. Curtius libro. 7. Sed tempus saluti  
sue, tantâ iam parta gloria, parcere. Idem libro. 4. Cu-  
pido (haud iniusta quidem, ceterum intempestiua) inces-  
serat, non interiora modò AEGYPTI, sed etiam AETHIO-  
PIAM inuisere. Suet. Calig. Ita bacchantem atq; gras-  
santem non desuit plerisq; animus adoriri. Liuius. lib. 4.

Cic. A. H. li. 10.  
Quâquã tãp̄  
est nos desilla  
perpetua iam  
non de hac  
exigua uita  
cogitare.

Cel. lib. 5. Respon-  
dit non esse consue-  
tudinem populi  
Ro. accipere ab  
hoste armato con-  
ditionem.

Plin. lib. 24. in  
proa. indocilesq;  
nasci a libi.

Vide Gell. etiam cum præp. inuenies s̄bz uiso. is, v. q̄  
m̄ h̄ v. fortassis ut nos. h. in præp. cum articulo, &  
ex præso. vel quare an aliud adv. s̄m dignum est  
dec. s.

SEV DE LATINAE LINGVAE CAUSIS.

dec. 5. Consilium igitur cepit, transfosso pariete, iter in urbem patefacere. Oppius de bello Africo. Ut haberent facultatem turmas Iulianas circumfundere, & nihilominus fortissimè acerrimèq; pugnare. Poëtarum prætermittito testimonia.

Or in passina  
Tare. Andr.  
Post ubi sepis  
est promissa  
perfici.

Virg. iam tempus  
agi res.

Pro datiuo seu accusatiuo cum ad. Horat. 1. epist. Fons etiam riuo dare nomen idoneus. Virg. Et cantare parat. & respondere parati. i. cantui & responsioni.

Romp. Mella  
lib. 2. cap. 1.  
Potariq; pul  
cherrimus

Pro accusatiuo multis modis. Persius. Nisi te scire hoc sciat alter. Terent. Vultisne eamus uisere? Sic, cogis me ridere, flere, gaudere. Et illa, pergo pergere, tendit ire.

Non tanti  
emo parate =  
re.

Pro ablatiuo. Cic. 1. Tusc. Hominum quanta sit mens difficile est existimare. Idem in Oratore. Esse igitur in oratione numerũ quendã non est difficile existimare. Sic dignus amari, cõtentus scripsisse, indignor seruire malis. Pro ablatiuo temporis. Virg. Nam me discedere fleuit. Sallust. Audito regem in Siciliam tendere: quasi dicat, audito regis itinere.

lector  
delector

Sumitur etiam pro nomine adiectiuorum, uideor tibi sapere, uel sapiens. Infinitum igitur semper pro nomine capitur technicè. Prisciani hæc sunt uerba. Nota quòd uim nominis rei ipsius habet uerbum infinitum: unde quidã nomen uerbi hoc esse dicebant: dico enim bonum est legere, ut si dicam, bona est lectio. Hæc ille.

Semper  
p adiecti  
uim nea  
tis termi  
natiomb;  
omni  
sum adiecti  
na oratio  
ff.

Ex his iam liquet infinitum nec capi pro imperfecto indicatiui, nec regere ante se nominatiuum. Nam in illo Virgilij, Turnus paulatim excedere pugna: & in similibus intelligitur uerbum capit, aut aliquid simile. Quintil.

lib. 9.

lib. 9. cap. 3. At quæ per detractionem sunt figuræ, breuitatis nouitatisq; maximè gratia petuntur: quarum una est ea, quam libro proximo in figuras distulit, Synechdoche, eum subtractum uerbum aliquod satis ex cæteris intelligitur: ut, Cælius in Antonium: stupere gaudio Græcus: simul enim auditur cæpit. Hæc Fabius. Græci tamen frequenter ante infinitum apponunt nominatiuum, quod imitatus est Catullus. Phasellus ille, quem uidetis hospites, ait fuisse nauium celerrimus. Ouid. 6. Fast.

Cic. de Vniuers.  
Hoc sit prima di  
stinctio: in omni  
oratione cum ijs  
rebus, de quibus ex  
plicandum uidetur,  
esse cognitio.

Seu genus Adraſti, seu furtis aptus Vlixes,

Seu pius AENEIUS eripuisse ferunt.

Cupio esse doctū, latinè dicitur. Cupio esse doctus Græca est antiptosis. Cap. 27.

Teret. Hoc pater ac  
dominus interest.  
f. esse. idem pater  
esse discipulis

Hieronymus  
Valerius. Nac  
dubitem auspicijs  
tantis deductus  
haberi Perforu  
natum, ac diuini  
no degere nutu

**Q**uia infinitum ante se postulat accusatiuum expres- sum aut tacitum, efficitur ut si post uerbum infinitum sit aliud nomen ad suppositum relatum, ponatur in accusatiuo. Ouid. 5. Met. Quantum est esse Iouis fratrem. Idem in Hypermestra. Est mihi supplicij causa fuisse piam. Memtam. 9. Et me dignus eras, uerum nocet esse sororem. Cice. Ne ut par quidem sit postulat, inferiorem esse patitur.

Nunc legitur: in  
fariorem esse  
patitur. p. Quint.  
pag. 51.

Martial. Esse fat  
et seruū tam  
nolo uicarius esse

Curtius. Ad uestras manus confugio, inuitis uobis saluum esse nolo. Ennius apud Ciceronem 2. Acad. Nam uidebar somniare me, & ego esse mortuum. i. & ego somniabam, me esse mortuū. Sic dicimus, Caesar cupit esse clementem. Tu cupis appellari sapientem.

Græca tamen frequenter utimur antiptosi, quia Græcis familiare est apponere nominatiuum ante infinitum: ut, cupis dici diues, integrum est, tu cupis tu dici diues.

Murius in Catullū notat Græcam esse constructionem in Frustra illo Virgilij. Sansit medios dilapsus in hostes. et in illo Horatij: Intiens uocari Cæsaris ultor. Notauit et hoc Thomas Linæus.

Martialis lib. 1. Et 1

Virg. 8. An hoc signū cecinit missuram diua <sup>creator</sup> ~~per uias~~ (vos Si bellū ingrueret) Dubiana gaxma pau  
latiora an Xilin



Frustra igitur Valla lib.3. cap.23. reprehendit illud Luca-  
ni: Tutumq; putavit, iam bonus esse socer. Nam & Caesar.  
1. Gallico. Non minorem laudem exercitus quam ipse im-  
perator meritus esse uidebatur. Et infra. Quod non fore  
dicto audientes, nec signa laturi dicantur. Sed Vallam re-  
cte carpsit Budeus in commentariis.

¶ Amandi, Amando, si accusatiuum ha-  
beant expressum, gerundia dici, aliter  
participia. Cap.28.

**E**X participio passiuo, Amandus, duæ deriuantur ter-  
minationes, Amandi, Amando. quæ si accusatiuum ha-  
bent expressum, actiuè significant, & gerundia dicuntur,  
aut uerius uerba impersonalia. Si non habeant accusati-  
uum participia passiuæ sunt in neutrali terminatione, &  
passiuè accipiuntur: ut, tempus est legendi lectionem, ge-  
rundium est: tempus est legendi. Hispanè, que se lea, parti-  
cipium est. Delector legendo carmina, gerundium: dele-  
ctor legendo, participium, & subauditur legere: ut, dele-  
ctor legendo legere: id est, legenda lectione, passiuè. Ita le-  
gendum est, eo ad legendum, scilicet, legere, participia sunt.  
Suspecta mihi est hæc oratio per gerundiam in Dum, Eo  
ad soluendum pecunias. Nam exempla, quibus id probant  
grammatici, corrupta sunt, aut perperam intellecta. Qua  
re, eo ad soluendum, rectè dicitur: nam participium est  
& intelligitur soluere. & eo ad soluendas pecunias rectè,  
quia participium est. Sed ad soluendum nummos, aut non  
dicitur, aut rarissimè dicitur. Si tamen inueniatur, eadem  
erit ratio in accusatiuo, quæ in genitiuo & datiuo: ut, tem-  
pus

Varrò lib.2. cap.7. Aut. de equa. si fastidium sciendi est. Linius lib.5. 15  
cum in pace instituit metes ante urbem in us exarcediq; causa produca:  
re. i. exarceditionis. Quint. Memoria exalendo, sicut alia omnia augatur.  
i. cultu sine cultura. & ille, legendo, ferendo, videndo. i. uis  
Quid. de una sic ego sola petor solum quia causa petendi est

videntur aliquando gerundia significare passionem, sed  
talis passio etiam est in ipsis nominibus. Ouid. 2. Fastor  
de Arione. Praeiumq; vehendi cantat. i. uectura.  
Iustinus lib.37. Athenas quoq; erudiendi gratia missus.  
i. eruditionis. Suetonius in Claud. Harpocratem,  
aut lectica per urbem vehendi ius tribuit. quanquam uerbu  
Vaho peculiaris cuiusdam est significationis: unde uel or. \*

pus est legendi carmina, letor legendo carmina, eo ad legendum carmina. Ego tamen hanc uocem sustuli ex coniugatione. Inuenio nihilominus aliqua testimonia contra me, sed corrupta existimo ab imperitis emendatoribus. Liuius. li. 3. Libertati enim ea praesidia petitis, non licetiae ad impugnandum alios. Plin. lib. 7. cap. 40. Ad circūscribendum seipsam. Cic. Ad Sextium. 5. epist. Nullo loco deeram neque ad consolandum, neque ad leuandum fortunam tuā.

Suet. Claudio. 25.  
Ad ducendum ea  
uocem.

Cic. in Hercule  
Proditio. ad eli  
gandum, quam  
quisq; uiam est.  
sed ibi tota orō  
est pro sustanti  
uo.

Linus lib. 7.  
Ad conciliandū  
gratiam. sed  
in ualuto libro  
Ad conciliandā  
gratiam. ut notat

Carolus Sigonius  
in Linii nomet.  
in eodē libro  
lib. 6. dec. 3. ad  
urbā unā oppugnā  
dum. idem Sigo  
nius legit oppu  
gnādā ex antiq;

idē lug. Cum ma  
xima cura urbē  
ire iniurijs festi  
nat. Plaut. Cistell. fecit.

quā mihi magis potueritis  
irā honorem habitum nescio. ibid. Eunt depressum quia  
nos libertinae sumus. idem. Bacch. Et me iras consul  
tum male. ibid. Desistas tomtoyere ire oppugnatum. idē  
Mili. Mihiq; amanti ire opitulatum.

Quis non uidet, elegantius dici ad leuandam fortunam. Vt  
cunq; sit monendi sunt pueri in uniuersum, ut parcius &  
caute utantur gerundiis, dico his uocibus cum accusatio.  
Frequentissime legas: tempus est scribendi, delector scribē  
do, paratus ad scribendum: rarerem autem, tempus est scri  
bendi carmina, delector scribendo carmina, & rarius aut  
nunquam, paratus ad scribendum carmina. Certē exem  
plaria aliqua, quae mihi à discipulis contra meam senten  
tiam sunt ostensa, inspectis emendatioribus comperisse  
corrupta.

¶ De Amatum ire & iri. & quod nullū sit supi  
nū in. V. Recteq; dici, uenio lectu. Cap. 29.

Aurentius valla lib. 1. cap. 28. confuse praecipit de, ora  
tū ire, & oratum iri. Quid sit credendum paucis ac  
cipe. Hoc uerbum Eo iunctum supino, non semper motum  
significat, sed saepius idem significat, quod uerbum cuius si  
pinum accipit, & est periphrasis. Plaut. Aulul. Ut me me  
iosq; perditum ires liberos. 1. perderes, Terent. And. Cur te  
is perditum? i. perdis. Sallust. Iugur. Ne ignoscendo malis,  
bonos perditum eatis. Idem de rep. ordinanda. Dignitate  
alios,  
quā mihi magis potueritis  
irā honorem habitum nescio. ibid. Eunt depressum quia  
nos libertinae sumus. idem. Bacch. Et me iras consul  
tum male. ibid. Desistas tomtoyere ire oppugnatum. idē  
Mili. Mihiq; amanti ire opitulatum.

SEV DE LATINAE LINGVAE CAVSIS.

alios, alios ciuitate euersum irent. Quint. lib. 12. cap. 1. ultū  
 ire scelera. i. ulcisci. Plaut. Cass. Argentum siquis dederit,  
 ultro ibit nuptum. i. nubet. Idem Milite. Hercule credo te  
 facile impetratum ire. Plinius in panegy. Ereptum alienas  
 pecunias eunt. Tacitus lib. 15. contumelias ultum ibat. Te-  
 rent. Tu tibi in meam uitam laudem is quaesitum scelus. i.  
 queris. Quare supernacuē discernit Valla, sit ne futurum  
 Amatum ire, an presentis, & in passua semper asserit es-  
 se futuri. Nihil horum est. Nam in actiua poterit significa-  
 re praesens, praeteritū & futurum, & totidem tempora in  
 passua, quē admodum caetera infinita, ut iam ostendimus.  
 Martial. lib. 3. Gaudes ducentas nuptū ire post mortes. i. nu-  
 bere. muta gaudes, in gaudebis, aut in gauisa fuisti, & muta-  
 buntur tempora infiniti. In passua haec occurrunt exempla  
 cōtra Vallā: quae ostendant Amatum iri, non esse semper fu-  
 turū. Plaut. Rudēt. Mihi istaec uidetur praeda praedatū iri.  
 pro, rapi. Cic. 2. Inuent. Si illud cōcedatur, id non concessū  
 iri oportet. i. concedi. Plin. 2. epist. Quae absolutiora mihi  
 uidebantur, non fuit alienū iudicio tuo traditum iri. i. ut tra-  
 derentur. Lactantius lib. 1. Et Erythraeam se nominatū iri  
 praelocuta est. Itaq; dictum iri oportuit, praeteriti est: dictū  
 iri oportet, praesentis: dictum iri conueniet, futuri. Quare  
 intelligamus hanc esse loquendi periphrasin, in qua uer-  
 bum, eo, non significat motum, sed quodammodo amittit  
 suam significationem: ut, facere uerba. i. loqui: fac nos mis-  
 sos. i. mitte: das nobis uerba. i. decipis nos. &c.

Tacitus lib. 15.  
 contumelias  
 ultum ibat.

- Amatu, lectu, doctu. mirē conturbant Grammaticos. Mihi  
 sunt ablatini, et qui explicantur per aduerbiū, Vnde. Cum  
 prapo-

præpositione aut sine illa rectè ponentur: nam ut dicimus,  
 uenio agro, uel de agro, ita uenio uenatu uel de uenatu.  
 Plaut. Mene. Obsanatu redeo. Statius. Quem tum uena-  
 tu rediturum in limine primo oppericens. Cato de re rust.  
 Primus cubitu surgat, postremus cubitum eat. Nomina  
 esse multæ ostendunt rationes. Primum adiectiua susci-  
 piunt. Quint. lib. 8. Rebus atrocibus uerba etiam ipso audi-  
 tu acerba magis conueniunt. Plin. lib. 20. Cerpæ satiuæ ol-  
 factu ipso caligini medentur. Gellius lib. 12. Eos uersus assi-  
 duo memoratu dignos puto. Tacitus. lib. 20. Tutor Treui-  
 rorum copias recenti Vangionum, Caracatum, Triboco-  
 rum lectu auctas, ueterano pedite, atq; equite firmavit. Li-  
 uius. dec. 4. lib. 7. Inde Neocretes mille, & eodem armatu  
 Cares. Et mox. Humor toto fere graui armatu nihil gla-  
 dios aut pila hebetabat. Deinde præpositionem accipiunt.  
 Plin. Nihil ex odoratu percipit. Quintil. lib. 11. Ipsa uox  
 non subsurda, nec in perceptu difficilis. Tacitus lib. 20. Hæc  
 de origine & aduectu Dei celeberrima. Genituum præ-  
 terea regunt. Tacitus. lib. 1. Missu germanici. libro. 2. missu  
 principis. Ibidem. Earum quippe accitu uenire. lib. 3. con-  
 cesso Herculis. lib. 12. concessu fratrum. lib. 5. Ac distinctu  
 pinnarum à cæteris auibus diuersum. lib. 15. Et prouisi an-  
 te comæatus, quorū subuectu. lib. 18. Dispositu prouisiq;  
 ciuiliū rerum peritus. & in libello Germanorum. Con-  
 stantia precum, & obiectu pectorum. Liui. dec. 4. lib. 7. Ni-  
 si permissu imperatoris. Postremò coniunctio, quæ sem-  
 per similes iūgit casus, satis ostendit esse nomina. Plin. lib.  
 7. cap. 1. Paruum dictu, sed immensum æstimatione. Si di-  
 ctu est

S. A. V.  
 Liuius lib. 3.

et 6. Lurici.

Magno natu.

Statius 9. Theb.

C. Longo de fissa

I. redi at uero

8. tu

9.

10.

11.

12.

Suet. Tiberio. 38.

Pro itu et reditu suo.

8. Tacit. 17.

A. Neg. enim

relatu virtu

tu in compa

ratione dho

nis opus est.

Lucan. 1. 10. 11.

armatu yla

my at 16

17. uisu

## SEV DE LATINAE LINGVAE CAUSIS.

Tu est supinum, etiam aestimatione supinum erit: & contra si aestimatione ablatius est, etiam dictu. Val. Max. lib. 9. Nec ipsa uerba relatione familiaria, quia dictu fastidie da sunt. Liuius. lib. 31. Id dictu quam re facilius. Tacitus lib. 1. Lucus uisu ac memoria deformes. Quod si dicas mirabile uisu, horrendum dictu, passionem significare, dicam, exponi quidem passiue posse, sed non propterea concedam significare passionem. Nam cum dicis dignum laude & amore, poteris exponere, ut laudetur & ametur, sed non propterea, laude & amore, significant passionem. Et in exemplis citatis, paruū dictu, sed immensum aestimatione, id est, ut dicatur & aestimetur. Quid quod nec hæc quidem passio in omnibus recte cadet. Liuius in proem. Vnde foedum inceptu, quod uites, foedum exitu. i. ut exeat. & lib. 1. Eo tempore in regia prodigium uisu, euentuq; mirabile fuit. Et lib. 35. Consilia audacia prima specie leta sunt, tractu dura, euentu tristia. i. sine. Quare hæc omnia ad modum sunt referenda: queri enim potest, quomodo aliquid sit mirabile, & sic dicimus, mirabile uisu, auditu, dictu, memoratu. Sed opponit Laurentius, Si essent hæc nomina, haberent alios casus. O plumbeum pugionem. Quid illa? in promptu, natu maior, noctu, diu, sponte, astu, impete, uittatu, petitu, suppetias, inficias, & mille huiusmodi? Sed quid pericli si concedamus alios casus, cum legamus, nuptui dare, & ueno exercere, & uenui subiicere, & indutui, & diuisui. Tacitus lib. 13. Militibus immunitas seruaretur, nisi in iis quæ ueno exercent. Idem lib. 14. Posita ueno irritamenta gule. Apuleius lib. 9. Altera die productum me ue-

2. uig. oculis mirabile  
 monstrum.

Suet. Aug. 63. Culliam,  
 Maro Agrippæ nuptui  
 dedit.

FRANCISCI SANCTII MINERVA  
nui subiiciunt. Tacit. lib. 16. Nisi ea, quam indutui gerebat,  
ueste detergeret. Livijs dec. 4. lib. 3. Partim prædæ ac di-  
uisiui principum quibusdam & magistratibus erant.

¶ De participio in Dus. Caput trigessimum.

**A** Mandus semper passivè capitur, & tempus aliquod  
adsignificat: semper igitur erit participium (nisi sit  
gerundium in Di uel Do) habet omnes numeros & casus.

In rectis plerunq; iungitur uerbo substantiuo adiuncto  
datiuo: ut, ueniendum est tibi, dicendū erit mihi. Virg. Vol-  
uenda dies en attulit ultro. i. quæ uoluitur, presentis est,  
Lucretius. Glans etiam longo cursu uoluenda liquefcit. i.  
cū uoluitur. Terent. Phorm. Herus si redierit molendum  
usq; in pistrino, uapulandum. habendæ compedes. Admo-  
nimus participia in singulari neutro genere habere pro  
substantiuo infinitum.

In genitiuis regitur à nominibus genitiuum regenti-  
bus: ut, tempus est legendæ lectionis, occasio se offert legen-  
dorum librorum tuorum. Sed ut uitemus tunc durum so-  
num in genitiuo plurali additur alia terminatio in Di pro  
omnibus generibus: & elegantius dicimus: tempus est le-  
gendi librorum, quàm legendorum librorum: & recipien-  
di pecuniarum, quàm recipiendarum pecuniarum. Cic. 2.  
Inuent. Fuit exemplorum eligendi potestas. Idem. 5. Philip.  
Antonio facultas detur urbis, agrorum suis latronibus con-  
donandi: sic enim legit locum Budæus in comment. Cic. 2.  
Diuiuat. Dolebis tamen Stoicos nostros Epicureis irriden-  
di sui

*isto es de los gerundios*  
Aliquando dicitur genitiuus  
si adsit relatiuus: Cic. Hic  
dies attulit initium dicen-  
di quæ uellem. i. attulit  
initium dicendi eorum  
quæ uellem. Aut cum nomen præcessit, quod oportet referre. Linius. Is cum  
instituit priores ante urbem lusus exercendiq; causa producere. i. causa  
exercendi illorum. Nam passivè loquitur. Iustinus etiam genitiuum singulare  
supplet. Athenas quoq; erudiendi causa missus. i. erudiendi sui.

SEV DE LATINAE LINGVAE CAUSIS.

di sui facultatem dedisse. Idem. s. Finium. Aut eorum, quae secundum naturam sunt, adipiscendi. Idem de uniuers. Reliquorum siderum quae causa collocandi fuerit, quaeq; eorum sit collocatio, in sermonem alium differendum est. Suet. in Aug. Permissa iocandi licentia diripiendiq; pomorum, & obsoniorum & missilium. Plaut. Capt. Nominandi tibi istorum magis erit quam edundi copia. Caesar. 4. Gall. Venerunt sui purgandi causa. Ibidem. Sui liberandi facultas daretur. Liuius lib. 21. Non enim uereor, nequis hoc me uestri adhortandi causa magnifice loqui existimet. Plinius in epist. Cum illorum uidendi gratia me in forum cotulisset. Terent. in prologo Heaut. Date crescendi copiam, nouarum qui spectandi faciunt copiam. Qui locus torsit nostrum Nebrissensem & Budaeum & alios, quos decepit disputatione. Sensus est. Date copiam crescendi poetis illis, qui faciunt uobis copiam spectandi nouarum. Praeterea Laurentius lib. 1. cap. 27. pedicas nescit linguae Latinae, dum praecipit ne dicamus: Hic dies attulit initium dicendorum quae uellem, sed dicendi quae uellem. Ratio illius est, quia relaxatum adest. Quod reperies esse falsum si exempla citata pensitaueris.

In datiuus iungitur uerbis aut nominibus datiuum regentibus: ut, aptus discendis literis. Liuius. Si respublica soluendo aeri alieno non esset. Ctc. Et tu soluendo non eras. Idem. Cum est inficiando reus. Quae testimonia Budaeus contra Vallam excutit in commentariis. Apuleius. Cui Charite nubendo maturuisset. Plin. Charta emporitica inutilis scribendo. Idem lib. 31. cap. 6. Utilis est bibendo, atq;

L ij purgatio-

Narro lib. 2. Rust. cap. 1.  
 Aliquod fuit principium  
 generandi animalium.  
 Gell. lib. 5. Euathlus causa  
 orandi cupidus.

Eto es de los go

purgationibus. Idem. Radix eius uescendo est. Idem. Ferrum rubens non est habile tundendo. In omnibus deest substantiuum aliquod uel infinitum.

In accusatiuis dicunt grammatici à Valla decepti iungi tantum his uerbis sine præpositione. loco, conduco, mando, curo. & c. ut, curauit mittendas literas. Aliter uerò requiri præpositionē, ut, ueni ad soluendū fœnus. Non ita est: sed omnibus uerbis iungitur, si modò sit adiectiuū patietis personæ, aliter adhibetur præpositio: ut, offero me tibi docendū: offero tibi nummos ob uel propter docendū puerū. Horat. Hæc porcis comedēda relinques. Sic, ueni uiam iterandam, & ueni ad iterandam lectionem. Porto puerum docendum, & porto pecunias ob docendum puerum. Horat. Sed puerum est ausus Romam portare docendum artes.

In ablatiuis semper à præpositione pendet, frequentius subintellec̃ta: ut, defessus sum in componendo carmine, uel componendis carminibus. Sine substantiuo sæpè ponitur. Virg. Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. Quod quam frigidè Seruius interpretetur, docti iudicent. Cantando (inquit) id est, dum cantatur. Quasi Latine dicatur ego canto anguem. Ego dico deesse carmine, quod ex præcedentibus satis liquet. Utitur enim Virgilius polyptoto inquiring: carmina possunt deducere lunam: carminibus Circe mutauit socios Vlyxis: carmine cantando rumpitur anguis. Sed Valla loco citato inquit, cauendum ne id uerbum significet motum, quale esset, Reuertoꝝ ab arando. Vix me contineo, quin de illo pro meritis dicam. Quod fauente

Cic. lib. 9. Epist. Nunc ades ad imperandum, uel ad porandum potius: sic enim antiqui loquebantur.

Salust. Inguilla ubi armis, uiribus, et pecunia spoliatus est: dum ipse ad imperandum Tisidum uocatur, rursus cepit etc.

Vitium uicendo famina.  
Vicia excolendo augetur.  
Vicia abitur vitium uicendo.  
Vicia omnia omnis fortuna  
Vicia uicendo est.



SEV DE LATINAE LINGVAE CAUSIS.

faunte Deo faciemus aliquando. Sed Cicero in Bruto dixit: Idem traducti à disputando, ad dicendum inopes reperiuntur. Idem. A dicendoq; deterrent. Idem. 2. oratorio. Ipse a discendo refugisti. Idem in Verr. Non video omnino à defendendis hominibus subleuandisq; discedere.

*Cic. 2. orat. A ragandis civitatis totos se ad cognitionem rerum transtulerant.*

**H**AEC paucula, lector amice, de Latinae linguae causis congestimus, plura daturi aliquando cum plus ocij nacti erimus. Quis enim non uidet plura restare dicenda? Illud interim te oro, ut si aliqua mea dogmata uolueris conuellere, quae tibi fortasse minus placebunt, id ne adiutus facias testimoniis illis, quae à gramaticis adducuntur: sunt enim ferè omnia aut deprauata, aut malè intellecta.

Lege & euolue Latinorum libros, eosque emendatiores, tunc audacter in nos insurgito, paratos cedere, siquid tu melius attuleris. Vale.

¶ Opinionum commenta delet dies, naturae iudicia confirmat. Cic. 2. Natur. Deorum.

LVGDVNI.

Expensis Francisci Sanctij Brocensis.

*verbum uerbum habens vocem actiua passiva  
exponi pot. na nox praecipitur deest se  
Dnde Josephi Scalig.*

TIPOGRAPHVS CANDIDO  
lectori.

**H**Abes candide lector in hoc paruo uolumne, gramma-  
tices methodū, ut succintissimam ita & eruditissimā,  
quam differtissimus auctor differtissime ex re Mineruam  
appellauit, unde prima totius grammaticæ rudimenta colli-  
gas, pueros latice degustes: sed quia correctoris incuria, cui  
occuli certe in aliquibus hallucinarunt, quæ te offendent,  
errata reperies: quæ sequenti pagella adnotāda curauit: si  
quæ fuerint alia, tu beneuolus emēdabis. Fruere & Vale.

ERRATA.

- ¶ Folio. 9. plana. 1. linea. 26. Yo amaua. pro. Yo amara.  
¶ Folio. 11. plana. 1. linea. 7. Futurum. 2. pro. Futurum. 3.  
¶ Folio. 11. plana. 2. linea. 19. El que ha, o esta enseñado. pro  
El que ha, o esta para enseñar.  
¶ Folio. 12. plana. 2. linea. 24. Futurum. 2. pro. Futurum. 3.  
¶ Folio. 14. plana. 1. linea. 21. Esse. pro. Essem.  
¶ Folio. 17. plana. 1. linea. 22. Nec foemina celat. pro. Nec  
foemina celat.  
¶ Folio. 18. plana. 2. linea. 5. Atq; deis, deis. pro. Atq; deis  
diis.  
¶ Folio. 20. pla. 2. linea. 23. Cerno, cerni. pro. Cerno creui.  
¶ Folio. 22. plana. 1. linea. 9. Ceu refert. pro. Ceu reffert.  
¶ Folio. 34. plana. 2. linea. 11. Muneris, aut generibus. pro.  
Numeris, personis, aut generibus.  
+ Fol. 14. plan. 2. lin. 4. Individui.  
+ Fol. 15. plan. 1. lin. 16. Foeminine.  
+ Fol. 17. plan. 1. lin. 17. Causales.  
+ Fol. 20. plana. 2. lin. 15. deest hoc carmen.  
+ Follo pepuli pulsium: Parcello perculi, vsiq; vsu m.  
+ Fol. 21. plan. 1. lin. 7. nisi,  
+ Fol. 22. plan. 2. lin. 9. 21. duc nolo,



Cic. lib. 9. Epist  
ad imperandum  
dum potius: sic  
loquuntur.  
ballust. Inim  
viviq; es pecun  
dam ipsa ad im  
dum vocatetur

Vivis plene  
in ex ad  
vivi. Aliter  
tunc do.  
vivi randa o  
do est.

Fol. 23. plan. 1. lin. 8. Et quintum.

+ Fol. 44. pla. 2. lin. 14. miseri.

+ Fol. 46. pla. 1. lin. 6. Iader.

Fol. 52. pla. 1. lin. 23. Sami. et infra. Mecum Corcyra

Fol. 58. plan. 1. lin. 17. sed maiori

+ Fol. 62. pla. 1. lin. 11. eiusmodi res. Et lin. 13. obstreperere res.  
Et linea ultima. re aquaria.

+ Fol. 66. plan. 2. lin. 22. Participium est.

+ Fol. 68. pla. 2. lin. 4. Locorum natura. Et lin. 21. caeterorū.



Fol. 70. pla. 2. lin. 11. Argas.

fol. 18. v. 1. lin. 19. iunge

+ fol. 26. pla. 29. non referim

fol. 23. pla. 2. lin. 19. metib



y si tres enemigos he  
q' dios me dio nesta vida  
Salgan salgan y cerquen me  
q' no me veran rendida  
rendida ainas no fore,  
Salga salga y cerque me

Te, te g'brafi, calicolum p'ca  
quem d'angit odis cura q' et  
velit'at' d'ou' p'ro vel d'ruem  
Cuncta superc'it'is m'uentam,





















